BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVII
E
80
NAPOLI

Digitized by Google

...c.pe.col.verſi.
...gatio per Fely.
...atandos ſpali ei
...atati.ꝛ ideo do.
...er ex illo rex.oēm
...le debere fieri in
...quo cōiter igno-
...bi prime. ¶ Ad

...tingat.in.iiij.
...ntur notitia ali-
...nō faciat dz fieri
...ar.ſolēniter hoc
...z legit ſub.l.qui
...ſu noſtro voca-
...ciat eām : ſed vt
...nō ꝯdicat:ergo
...it vocati : iuxta
...o.me. Corſe.in
...bo nō oſtende-
...uiſſe in ciuitate
...io Ferrarienſe
...uitate Ferrarie
...tante quē nō
...guineo vel vi-
...a denūciatio.ꝛ
...in ꝯtingat.ꝛ ad
...ſe tractat quidā

...r dicto ſtatuto in
...ꝯſi.incip. iure mu
...quem pulchre ſe-
...o cōmento.l.ſanci
...erici.in.§. ꝛ infra
...a requiſitio requi-
...it ſciētia:ꝛ ſic ipſa
...ſtantia:qꝛ forma
...tia rei : ꝛ forma
...tus ipſius eſt aūt
...s habens fines.vt
...nao.ꝛ ad innni.l.
...erfectio eius a na
...r dicimus eā eſſe
...§.fortaſſe. forma
...ꝯine ꝛ poſterius
...ſic ꝛ in caſu nr̄o
...ēia ſupraſcripta
...cbſtāt mode...

...pinē ꝛ non vo-
...bb.in.c.cuz inter
...pliciter in.iij.col.
...is poterit agere de
...¶ Sed dato dicto
...ſum noſtrum cuz
...ino.ꝛ q̄ ſint di-

DIRITTO
ECCLESIAST
XVI.
8
90.
BIB.NAZ.N.POLI

Digitized by Google

DE HISPANICA CATHOLICI REGIS AD SVMMVM PONTIFICEM LEGATIONE COMMENTARIVS.

Authore
CAMILLO BORRELLO I.C.
Equite Aurato, & Palatino Comite.

IN REGNO NEAPOLITANO EIVSD. PHILIPPI QVARTI
in eius Magna Curia Vicariç in prima aula, ſiuè claſſe
cauſarum Ciuilium Iudice.



NEAPOLI, Ex Typographia Ægidij Longi MDCXXVII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

HOc opus de Hiſpanica legatione a Doctiſſ. viro D. Camillo Borello compoſitum, multimoda ſcientia, ac eruditione refertum, vidi ego Matthæus Peregrinus Philoſophię I. V. ac Theologię D. Collegiatus pro Illuſtriſſ. Archiepiſcopo Neapolitano Deputatus.

Imprimatur *Iacobus Terragnolus Vic. Gen.*

Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Sig.

IL Dottor Camillo Borrello Giudice Ciuil di Vicaria, ſeruo di V. E. le dice, como queſti di proſſimi paſſati hà compoſta vna operetta intitolata, de Hiſpanica Regis Catholici ad Summum Pontificem legatione, laquale intenda far Stampare. Supplica V. E. ſi degni commetterla à chi la veda, è le facci relatione, che l'hauerà à ſingulariſſima gratia di V. E.

Magnificus Iulius Cæſar Capaccius videat, & referat.

Tapia Reg.

Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Domine.

QVæ de Hiſpanica Legatione ſcripſit Doctiſſimus Camillus Borrellus Iudex in Ciuilibus, qui inter Scriptores noſtri tēporis ſumma cum ſua laude enitet legi accuratius, nihilq; in ijs comperi, quod non ſit è Maieſtatis Regia, & bonorum morum dignitate ideoq; iubente V. Excellentia poſſunt imprimi.

V. Excellentiæ

Deditiſſimus, & humillimus ſeruus
Iulius Cæſar Capaccius.

Imprimatur *Tapia Reg.* *Lopez Reg.*

Digitized by Google

D. O. M.

POTENTISSIMO
PHILIPPO QVARTO
REGI CATHOLICO.

CAMILLVS BORRELLVS I.C.

CVM Reges omnes diuinæ voluntatis pietate dominentur, ipſisq; per Sacras Leges declarata ſint iura regalia illis ſpectantia, in quibus ſubditos illorum ſeruos eſſe, illiſq; ſeruire debere decreto Diuino ſtatutum fuerit. A primis igitur adoloſcentiæ meæ annis, idcircò cũ obſeruare decreuerim, vt omnibus meis Regibus (Diuina præcepta conſiderans) ea, quæ patrocinando quærentibus, aut iudicando, vel ingenioli mei rudimenta exercendo, literis ſcribendo mandabam, ipſos Reges meos, vt Dominos recognoſcerem, ac illos colerem, humiliq; meo ſcripto, ſalutarem. Hinc factum

eſt,

Digitized by Google

eſt, vt cum DEVS OPTIMVS MAXIMVS mihi gratiam tribuerit, vt ſexdecim Volumina compoſuerim, ad quam exercitationem legalium numerum in hoc Regno primus, ac ſolus, nemo alius peruenerit. Idcircò ne temeritate mihi aſcribe retur, duodecim ipſorum cum in lucē ediderim, vndecim, Phillippo Secūdo Auo, Philippo Tertio parēti tuo, Regibus, Margharithę Auſtriæ Reginæ Matri tuæ, Inſuper Maieſtati tuæ, aut ipſorum in hoc Regno Neapolitano Proregibus, illa dicare confiſus ſum, qui perſonas Regum repreſentarunt, & ſi illa munera ſint Magnitudini illorum non correſpondentia, nihilominùs omnibus noſtræ Profeſſionis Chriſtiani Orbis viris doctiſſimis diuerſarum profeſſionū pro Iuredicūdo, ac Iuſtitiæ cognitione ſatis accepta futura arbitror. Quę cũ relata olim eſſent eidē Regi Philippo III parenti tuo per Io. Alphonſum Pimentellum Beneuentæ Comitē, ſtatim literas dedit Domino Cardinali Zapatæ tùnc Proregi, cui memoriæ dabat ſeruitia me per quindedim continoos annos ipſi Regi præſtaſſe, notándo inter cætera ſeruitia in dùabus Regijs viſitationibus per tres annos continuos, & multa Opera compoſuiſſe, omnia aſſerens ſeruitio Regio admodum importantia. Nunc autem explicando eiuſdem Regijs Patris literas, inter alia Commentarios ędi procuraui ad compoſitionem quorum à ſupremis Regni Neapolitani Officialibus (quamquam coactus acceſſi) in quibus octo continuis annis cum vacauerim titulum dedi illis Commentarijs DE PRÆSTANTIA REGIS CATHOLCI, in quibus in octoginta quatuor pręrogatiuas Tuę Maieſtati ſpectantes, tradidi quibus, demōſtraùit nullū humanum Principem poſſe de præcedentia cum Tua Maieſtate contendere. Quinimò, quòd plus eſt, quaſdam quorundam Principum prætendentias ſuper Regno Neapolis, Regno Nauarræ, Ducatu Burgundiæ, Brabantiæ, Comitatu Flandriæ, Olandiæ, atquè aliorum Statuum, vti inuanum figuratas Iure, & Ratione illas euacuaui, & alia propoſui ad tuam Maieſtatem ſpectantia, in quibus Iuridicè Actiones eidē Tuæ Maieſtati competētes aperui. Et eundē Librū iſta continentē Venetijs imprimendum miſeram, vbi omnes alios Libros imprimi feceram, tamen poſt tres annos ex cauſa, ad me iterum eundem

dem Librum reduci feceram, in quo imprimendo Mediolani cõmoditatem procuraui, non parcendo ſumptui mille, & ducentorum aureorum, qui in illo imprimendo currerent, quorum omnium habita notitia per eundem Philippum parentem tuum, deliberauerat, non ſolùm me honoribus afficere, ſed gratiarum aliarum collatione cumulare. Nihilominus quia poſt viginti dies, quibus literas eidem Domino Cardinali dederat, Deo Omnipotenti placuit, ipſum ad Cœlum vocare, & ſic eundem Comitem Beneuentæ, adeo quod videns Regis caſum, nil vltra quærebã. Sed in me voluntas non defecit, quia cum ſecunda vice Tomum Primum Summæ Deciſionum totius Chriſtiani Orbis imprimeretur, illum tuæ Maieſtati dicaui, & eodem tempore Secundum Tomũ earundẽ Deciſionũ nouiter impreſſum, ſimili modo Sereniſſimis FERDINANDO S.R.E. Cardinali Archiepiſcopo Toletano, ac Hiſpaniarũ primati, & CAROLO, tuæ Maieſtatis fratribus dicatum, conſignari fuere, Don Antonio Aluarez Toleto Duci Aluç Ordinis Aurei Velleris Equiti, & in Regno Neapolitano Proregi optimo, & ipſius Regni conſeruatori benigniſſimo, quorum operum eſſe poterit, dediſſe tuæ Maieſtati notitiam. Nùnc vero cũ D. Ferdinãdus Aluarez Toletus Villænouæ Marchio Regni Nauarræ Comeſtabulus in hoc Regno peruenerit tãq̃ Legatus ſpecialis à Maieſtate tua deputatus ad Beatiſſimum VRBANVM VIII. Summum Pontificem, fuit ſuo aduentu tanta lætitia, & hylaritate Regnum affectum, quod vidi, Vrbem Neapolim iſtius Regni Caput, eiuſque nobilitatem, & populum magna gaudij, & lætitiæ ſigna emittere, itaùt conſiderarem, verum dixiſſe Epicurum dicentem, aliquos aliena ope indigere, & benè ſequuturos, minimè tamen ituros, ſi nemo præceſſerit. Quod Seneca ad Lucillum planius explanabat dicens. Nemo per ſe ſatis valet, vt emergat, oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quid enim feciſſet vnquam Ariſtoteles, ſi Alexander ei auxilium non porrexiſſet, & plures alij Principes, qui ſimilia fecerunt. Vocarunt me primus omnium Don Henricus Guſman Comes Oliuares, ſecundo Don Gaſpar Cardinalis Borgia, tertio Don Antonius Cardinalis Zapata, vicit tamen idem Dux Aluæ, qui me ad officia, & ſeruitia tuæ

Maieſtatis vocauit, & adhuc tenet occupatum, exercentem iudicatum in veſtræ Maieſtatis Magnæ Curiæ Tribunali, non ſine maximo labore, quo non obſtante, cum idem Don Ferdinandus intuitu dicti muneris, videns totam Ciuitatem in lætitia poſitam, vt aliquid gaudij mei ſignum etiam oſtenderem, & illum vti, tua Maieſtate miſſum reuerentia afficerem non curans anfractus, & impedimenta officij viginti dierum ſpatio, libellum hunc raptim concinnaui, quamuis læuem dignetur tamen Maieſtas tua recipere, nec ad illius paruitatem reſpicere, ſperans ad tuam Maieſtatem poſt paucos dies alijs operibus ſubiectionis loco continuare.

ILLV.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino

DON FERDINANDO ALVAREZ TOLETO

MARCHIONI VILLAENOVAE,

Magno Regni Nauarræ Comeſtabulo.

CATHOLICI REGIS LEGATO.

CAMILLVS BORRELLVS F.

VRBES, & Ciuitates magnæ, quæ Prouinciarum, & Regnorum capita exiſtunt, vel in quibus regimen eſt magnorum Principum, eſſe ſolet, vt plurimum magna, & ferè innumerabilis, vulgi, ac Populi multitudo, inter quos quamquam adſit Nobilium, & grauium virorum pars aliqua, inficiari tamen non poterit, maiorem eſſe partem humilium perſonarum, artificum, & plæbeiorum congeriem, per quos in momento, & de repente, viuendi ſtudium, vt commutent facillimè moueri ſoleant, & hinc ſeditiones oriantur. In Vrbe tamen Neapolitana experimento didicimus nunquàm inter Nobilitatem, & Populum aliquas fuiſſe ortas diſcordias, quia Nobilitas eſt numeroſa, in qua ſunt viri Principes, Duces, Mar-

Digitized by Google

Marchiones,Comites,Barones, & Equites digniſſimi, quorum natura eſt conſeruare ſuorum maiorum claritatem, nec ad aliquos actus procedere, qui Familiarum illuſtrium fulgorem obumbrent. Et populus eiuſdem Ciuitatis tantæ virtutis,& morum modeſtia,vt optima ſit fiducia,& intelligentia,quòd inter eos ſit tranquilla fælicitas. Cum etiam Reges noſtri, per Dei gratiam, tot Regnorum, & dominiorum Maieſtate fruantur, Principes tamen mictunt,omnium actionum, & virtutum genere præſtantes,qui ſumma prudentia, non ſolum proprias, & domeſticas res curent, ſed ciuiles.& publicas totius Regni vtilitates procurant, & optimè prouidentia rectiſſima conſulunt, quid vtile, quid iuſtum, quid honeſtum, quid etiam commodum, vel incommodum afferre poſſunt, quid nocere Regni ſubditis, quid labefactare illos poſſit, & in ſumma quid belli, paciſque tempori neceſſarium fuerit, aduertere. Hanc gubernandi Regni nùnc experti ſumus, atque experimur, indaginē ex perſona Illuſtriſ.& Excellentiſ.Domini Dō Antonij Aluarez Toleti Ducis Aluæ,parentis tui, qui iuſtitiæ miniſterio vacans, Magiſtratuum omnium actiones conſpicit,& omni,qua decet rectitudine illā adminiſtrari mādat,& populi oēs maximoperè lætantur,præſertim quod maxima, & ampliſſima vbertate Regnum foueat, nec ex Regno aliquid vnquam extrahi permiſerit. Cuius Principis actiones,nùnc ſilentio pertranſeo, quia ampliori illas ſtylo narraui alio operi impreſſo Venetijs,quod prope diem expecto. Cum autem nuperrimè viderim, eandem nobilitatem,& populum Neapolitanum, imitari optimum regimē dicti patris tui. Nec mirum, quia vt Plutarchus ait,Principum vita ſubditorum eſt cenſura, vt quemadmodum ille viuat, & operetur, ita illi viuere, & operari addiſcunt. Sic etiam paruas illorum maculas annotare, vt quidam ex Romanis in Gn. Pompeium,cum aliud non poſſent, quod vno digito caput ſcalpere ſoleret,& Scipioni Somnolentiam. itaque non tantum res à Principibus publicitus geſtas à ſubditis animaduerti, ſed virtutes,ſed iocos,ludos, ſed & domos curioſè obſeruent. Ego dùm ex improuiſo viderim totius huius pulchræ,& fidelisſimæ

Vrbis,

Vrbis, populum ad actus gaudij, & lætitiæ fuiſſe conuerſos ex tuo aduentu (Princeps Excellentisſime) cum non poſſem alio modo Catholici Regis noſtri legationem in tui perſona collatam, ad Summum Romanum Pontificem directam, iannis ſupremis Principibus, mei etiam gaudij ſignum oſtendere, libellum hunc viginti dierum ſpacio, inter mei officij labores, & anfractos maximos, rapui, & materiam ipſam legationum iangentem, tàm modico dierum tempore factam, & typis traditam illam tuæ Maieſtati pronus offero, meliora daturus, ſi tibi grata videbitur, ſi cum tempora, & occaſiones, ſe obtulerint.

Digitized by Google

Admodum Illuſtri Domino

CAMILLO BORRELLO I.C.

Equiti Aurato, Palatino Comiti, ac Iudici cauſarum ciuilium Magnæ Curiæ Vicariæ.

LVCAS PALVMBVS

CARMEN.

LAudantur varij vario tentamine rerum,
Et varij varia laude tributa metunt.
Prædicat hunc ſtudium, vigilantia ſubleuat illum,
Hunc plaudit virtus, ingeniumuè fauet.
Aſt alium probitas tollit, ſeù gloria Cælo
Erigit, atque alium munus, honorque fori
At tibi quas laudes tribuent ſudata iuuentæ,
Scripta voluminibus, tempora quidue ſenis?
Aeternos cui penna dedit virtutis honores,
Quem celebrant leges tollit ad aſtra toga?
Vni cuncta tibi, Studium, Vigilantia, Virtus,
Ingenium, Probitas, Gloria, Munus, Honor.

d   SO.

S O N E T O

Del Señor

CAMILO BORELO

IVRISCONSVTO CELEBRE,

y digniſſimo Iuez de Vicaria.

Del muy Reuerendo Padre

FRAY SEBASTIAN DE CAMPERDON

Predicador inſigne de la Orden de la Santiſſima Trinidad de la Redencion de Captiuos.

NVebo Toſtado, que illuſtrò tu pluma;
De Partenope excelſa la luz clara,
Fertil en los eſtilos, nunca abara
De la Gloria maior, en cuia ſuma.
Tus eſcritos celebra, la que en Cuma
Vaticiniò prudente, emula rara
De la Dotrina, que tu ſol moſtrarà
Del Sebeto Ientil entre la eſpuma.
Camilo, reducir lo que eſcriuiſte
A' epilogo curioſo, es poner meta
Al Oceano immenſo de la Ciencia.
Borrelo, fama eterna mereciſte,
Que a los olbidos con verdad ſujeta;
Iuſtiniano en ley, Numa en prudencia.

SO:

SONETO

al muy Illuſtre Señor

CAMILO BORELO

IVRISCONSVLTO EMINENTISSIMO y Iuez de muy grãde mereçimiento en la Gran Corte de la Vicaria de Napoles.

DE DON GABRIEL LASSO DE LA VEGA.

EL Baquero de Admeto, cuyas pieles
Son Bellocino en varios paralelos
A' Camilo le ofrezca des de Delos
De Dafne ingrata feudos de Laureles.
Acriſole el Campaſpe ſus pinceles,
Rompa la fama ſus dorados velos
Yen colunas Atlantes de los Cielos
Birgilio note, quanto pinte Apeles.
Deje el Troton las poſtas del Parnaſo
Pues ia ſu Cabalina à Italia llega
De ſepulcro el Leteo a Garcilaſſo.
Pues no ay contradicion ni el orbe niega,
Que excediendo Borrelo al muerto Taſſo
Le rinde parias la Eſpañola Vega.

SO-

Digitized by Google

SONETO
Del Liçençiado
PEDRO PONZE
Al inſigne Señor
CAMILO BORELO
Iuez rectiſſimo de Vicaria.

DEL dulce ardor de vn extaſi ſuaue
Rapto ala cumbre del Parnaſo he ſido,
y en throno excelſo admirè aplaudido
de peregrino ingenio ſcritor graue.

Su frente Daphne honora, y vna llaue
ſu dieſtra ocupa, enque leì eſculpido;
la llaue deſta fuente a mereçido
Borelo, en quien diuina çiencia cabe.

Que illuſion preſumì, mas verdad era,
pues claramente, y con mis ojos via
quanto, Borelo, en vos ſe acreditaua.

Porque el Dios del ſaber; deſde ſu Eſphera
el laurel de ſu frente os ofreçia,
y Opolo del Sebeto os coronaua.

Digitized by Google

DECIMAS DEL MISMO
Al Inſigne
CAMILO BORELO
Integerrimo Iuez de Vicaria.

BORELO, quien como vos
deſpues que el mundo a formado
con Dios a la parte a entrado
en las obras, que haze Dios?
Ninguno? ſolo a los dos
deue el ſer, que Dios le dio,
a Dios, por que le crio
de nada, y el miſmo ſer
a vos os viene a deuer;
pues por vos ſe eterniço.

Las leyes, que vos le days
bien ſabias ſon, pueſque veo,
que os ſigue como a otro Orpheo
por lo bien, que le enſeñays,
antiguo el ſer renouays,
que le dio al principio Dios;
y anſi infiero, que a los dos
todo ſe os viene a deuer,
que ſi a Dios le deue el ſer;
el ſaber os deue a vos.

CAN-

Digitized by Google

CANCION DEL MISMO

De la hermoſa, y ſabia

CLORIS PASTORA DEL VESVVIO.

Al Doctiſſimo

CAMILO BORELO

prudentiſſimo Iuez de Vicaria.

SI al celeſte dulçor de ſu inſtrumento
el pez, la fiera, el aue, y quanto ençierra
inanimado, el globo de la tierra
Orpheo conducia:
y con ſuaue encanto, aunque violento,
echizados los hombres congençia
hazaña aquien los hombres
deuian, pues le dan tantos renombres,
con mas raçon, BORELO, heroica fama
Chriſtiano Orpheo del Sebeto os llama
pues en tan ſauio Orpheo
libran los Reyes ſu mejor empleo
que apoiado en las leyes
de tus eſcriptos ſabios
ſe dilata el imperio de los Reyes
bien deuida corona a bueſtros labios

Diui-

Digitized by Google

Diuina emulacion no viſta al ſuelo
ſi milagro el mayor que a hecho el Cielo
que del hijo del Alua, el coroniſta
no pierda en tanta luz la humana viſta
antes ſoldando agrauios
en buestro abono pone ſu deſuelo,
Doctiſſimo BORELO;
y pues de Orpheo en nada ſe difiere
viue inmortal, que el ſauio nunca muere

MA-

Digitized by Google

MADRIGALE

All'Illuſtre Signor

CAMILLO BORRELLO
GIVDICE DI VICARIA.

DI

DON DIEGO ANTONIO DE CARMONA, DE VEGA
Iuriſconſulto Napolitano.

COME con penna frale,
Camillo, i viui rai
Di tua virtù ſpiegar poſſ'io giamai?
La tua più ch'immortale,
Con dotti accenti, pinge, ombra, e colora
Del figliuol dell'Aurora
Gl'alteri fatti, e i pregi,
E de ſuoi primi Eroi, de ſuoi gran Regi;
Però taccio, & ammiro;
Che giunger'oltre più, più non aſpiro.

SO-

Digitized by Google

SONETTO

Al Signor

CAMILLO BORRELLO

GIVDICE DOTTISSIMO

della Gran Corte della Vicaria in Napoli.

DI GIVLIO CESARE DE FRANCESCO

Iuriſconſulto Napolitano.

DI quanti mai nè ſecoli vetuſti,
*Camillo, fur dall'Eſpero à gli **Eoi***
*Scrittor famoſi, che d'inuitti **Heroi***
Scriſſero, e fur di verde alloro onuſti.
Tu ſolo il vanto tien, mentre gli Auguſti
Fatti dè gran Toleti additi à noi
Nè glorioſi, & alti ſcritti tuoi,
E come furo, e ſaggi, e forti, e giuſti.
Tu ſol puoi far, (mentre con dotti accenti
Rendi per ſempre altrui, qua giù immortale)
Che goda il Ciel, la Terra, il mar'e i venti.
Felice te, ch'al Tempo iniquo, e frale,
Hai con l'opere tue gli auidi denti
Suelto, & raffrenato il corſo all'ale.

Digitized by Google

SONETTO

Al Signor

CAMILLO BORRELLO

GIUDICE INTEGERRIMO

Della Gran Corte della Vicaria in Napoli.

DI FILIPPO FINELLA.

Quaſi naue ſicura all'onde eſpoſta
Talhor ſarai, e qual turbato mare,
Che coſi gonfio à gli occhi noſtri appare,
Vieteratti il ſulcar di coſta in coſta.
E ſe pur Euro al ſuon de flutti oppoſta
Non haurà la ſua deſtra dall'amare
Acque, à galla vedraſſi chi placare
L'onde, e i venti farà, (l'ira depoſta.)
Indi dal fondo ſcoteranno i crini
Humidi, già, le Dee del Sacro Regno,
E ſurgeranno à Te dal proprio Nido.
E con voci, e con volti almi, e diuini,
Canteran le Sirene, onde il tuo legno,
Camillo, onuſto giungerà nel lido.

DE

CAMILLI BORRELI I.C.

In Commentarijs de Hiſpanica

REGIS CATHOLICI

AD SVMMVM PONTIFICEM LEGATIONE.

PRAEFATIO.

REI magnitudo, de qua ob temporis anguſtiam, breuibus quantum potero, ſcribere contennam, & perſonarum ſublimitas, inter quas agitur, nempè Vrbanum Octauum Summũ Romanum Pontificem Ieſu Chriſti Domini noſtri perſonam repræſentantem, Philippum Quartum Auſtrum, Regem Catholicum, ac Don Ferdinandum Aluarez Toletum, Villænouæ Marchionem, & Regni Nauarræ magnum Comeſtabulum, eiuſdem Regis Legatum, & Internuntium ad eundem Pontificem maximum deſtinatum, operabuntur, vt hæc mea humillia, ac non admodum trutinata, nec eleganti ſermone conſcripta apud vos Lectores grauiſſimos, veſtrorum ingeniorum iudicijs purgatiſſimis, maiora iudicentur, & habeantur. Eodem modo, iàm natum Chriſtum è lõgo itinere, Reges venientes illum futurum Pontificem ſupremum, cui data à Deo omnis in Cœlo, & in Terra poteſtas, ſcilicet temporalium, & ſpiritualium procliui, & inclinati, adorarunt, ac munerum datione, vti Dominum coluerunt, quorum Regũ humilitatis actu, admiratus Hærodes ore ſuo obtulit, vt illi Reges locum, in quo

erat

Digitized by Google

erat ipſi renuntiarent, dicens, vt venerit, & adoraret eum, potiùs timore, nam clarum eſt illum in corde, quod prauum gereret animum, proùt fecit contra innocentem. Vnde de Chriſti authoritate, & potentia, optimè ex alijs, dicit Rudolphus Saxonius in Commentarijs de vita Chriſti. Quid facient alij, quando ſuperbos Reges cuna terrebat infantis? Principum itaque virorum iſtorum, de quibus breui verborum eloquio, tractabimus, & alij hæc ſcripta qualia illa minima ſint, tuebuntur. Nàm ſicuti Dominus noſter, ita diuitum, & magnorum oblationes, & munera, quæ Gazophylatium miſerant ſic duo æra minuta à vidua oblata, cariſſima habebantur, vt apud Lucam cap. 21. traditum eſt. Eodem modo reſpectu aliorum illuſtrium virorum Scribentium maiora hæc mea modica ſcripta non aſpernabuntur. Conſolabor autẽ cum dicto Apoſt. 1. ad Corinthios cap. 12. dum dicit à Deo dari vni ſermonem ſapientiæ, alteri ſcientiæ, alteri operationum virtutum, alteri verò interpretationem ſermonum, eſſe autem eũdem ſpiritum, proùt ſibi placitum eſt. Contenti enim eſſe debemus eo dono, quo nos Deus honorare dignatus eſt. Excuſabor autẽ, quod cum eidem Catholico Regi in ſupremo hoc Magnæ Curiæ Vicariæ Tribunali, vbi cauſarum ciuilium Iudex ſedeo, illaſq; quotidie audiam, diſcutiam, & Aduocatos, cauſarumq; Patronos, & Iuriſconſultos doctiſſimos factorum, ac iurium voce, ac ore, & ſcripto ſubtiliter informantes laborioſiſſimè audiam. Ob quod cum ſcribendum ſit de legatione, & illius materia, in quibus plures leges à Iuriſconſultis prolatas in pandectis, & in codice ab Imperatoribus iuditio ſcrutandum eſſe arbitror an in ſcribendo illud obſeruare debeam, quod fecerunt primi noſtri maiores, Placentinus, Azo, & Accurſius, & alij, qui iura noſtra ſimplici gloſſa ornari contenti fuere, an alij poſtmodum ſubſequentes imitandi ſint, qui Commentarios, & Quæſtiones eadem iura latiori ſtylo diſputarunt, proùt fecere Riccardus Malumber, Franciſcus Tigrini, Oldradus, Odofredus. Dynus, Iacobus Butrigarius, Cynus, Bartolus, Baldus, & alij, qui aliquando diſcendentes ab alijs ſuas opiniones addiderunt, & horum antiquorum Scriptorum dicta, tãquam malè ab illis antiquis inlellecta non ſolum criminantur,

e ſed

Digitized by Google

ſed inanes, & vanos illorum labores iudicarunt, ſed illas penitus obijciunt, quibus, & ſi perpolita dicendi, & orandi elegantia deſuit, non tamen ingenij ſubtile acumen, & graue, atque acerrimũ iudicium defuit, quibus cum non ſolum ad iudiciorum, & Tribunalium vſum, ſed etiam ad ſtudioſorum adoloſcẽtium, iuuenũq; inſtitutionem in Accademijs vti poſſemus, ego autem, vt meum iudicium aperiam omnium antiquorum, mediorum, & nouiſſimorum ordinem ſemper ſequutus ſum, ſequor, & omnes colui primos, & antiquos, & nouiſſimos amplector, nec enim veterum ſtudia vnquam renui, ſed ea meditando obſeruo, & Scriptorum etiam nouisſimorum elegantiam ſcripta veneror, & quemadmodum hortos, & pomeria hærbarum, & fructuum diuerſitatem colimus, & amamus, & menſas epularum, & obſoniorum quandoque congeriem concupiſcimus. Sic doctrinarum variarum Scriptores eſſe colendos, atque ſequendos eſſe arbitror, hijs enim omnibus Mundus, & regitur, & illuſtratur. Vnde Propheta Daniel cap. 12. qui autem (inquit) docti fuerint fulgebunt, quaſi ſplẽdor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellę in perpetuas æternitates. Quod & annotauit Marſilius Ficinus ad Platonem epiſt. 2. declarant etenim docti viri res difficiles, in quibus laudantur tempora, & inuentores ab Ariſtotele lib. 1. Ethicorum cap. 7. inuentio etenim nouarum rerum, licet imperfecta ſit, tamen ex amplificatione, & perfectione, quæ poſtea ſequitur, fit vtilior, vt ſcribit Alexander Aphrodiſeus in lib. Elenchorum. Maximè quia Doctorum hominum inuenta, ſeruari tàm diù ſoleant, quàm diù meliora inueniantur, vt inquit Beſſariou Cardinalis Græcus è Trapezuntio Patriarcha Nicenus in calumniatorem Platonis lib. 2. cap. 10. acta Doctorum virorum itaque imitanda eſſe cenſeo, ex quo ab illis ſapientiam diſcimus. Nam vt dicit Eccleſiaſticus cap. 8. ne deſpicias narrationem Præsbyterorũ ſapientum, & in prouerbijs eorum conuerſare, ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinã intellectus, & ſeruire Magnatis ſine querela. Exemplis enim virorum grauium, & ſapiẽtum nos moueri oportet, nàm iſtud mandauit Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud Ioannem cap. 13. dicens, exemplum enim meum dedi vobis,

Digitized by Google

bis, vt quemadmodum ego facio, ita & vos faciatis. Æmulatio enim ex inſpectione virtutum, & ſcriptis aliorum ſapientum moueri oportet, iuxta dictum Pauli Apoſtoli 2. Corinthior. cap. 11. dicentis, æmulor enim vos Dei æmulatione, & idem Apoſtolus ad Galathas cap.4. dicit, bonum autem æmulamini in bono ſemper? Quod & Ariſtoteles Rethoricorum lib. 2. comprobat dum, inquit, æmulatio bona eſt, & bonorum virorum inuidia. Et ibidẽ ſubſequitur, æmulabilia eſſe, quę alijs vtilitatem afferunt, & virtutes, & quę beneficium afferre poſſunt, & bona à quibus frui proſſimè poſſunt, quę illa ſunt videlicet, fortitudinem, ſapientiam, & magiſtratum. Si igitur hac æmulatione moueor in huius libelli compilatione, non ero reprehenſione dignus, qninimmo imitando viros doctiſſimos, apud illos probari lætabor. Remanet, vt principium ſcribendi, Deo auſpice, faciam.

F I M I S.

Digitized by Google

DE HISPANICA CATHOLICI REGIS AD SVMMVM PONTIFICEM Legatione.

COMMENTARIVS

AVTHORE.

CAMILLO BORRELLO

Iurriſconſulto, Equite Aurato, & Palatino Comite.

ARGVMENTVM.

Cap. I.

SVa Sapientia, & Potentia. ſuo verbo, DEVS Mundum, in quam videmus formam admirabilem, cælo, terraque comprȩhenſam creauit. Herbas, ligna, ſemina, fructus, luminaria, ſidera, Stellas, diſtinguẽtes Dies, á noctibus, & tempora, aquas, aquarumque curſus, & congregationes, maria, piſces, animalia magna, & beſtias terræ, volucres cæli, cælorumque cum ſua be-

Digitized by Google

nedittione,multiplicetionis ſecundum rationem, & authoritatẽ Moyſis, Dauidis, & aliorum. Hominem, maſculum, & fæminam. Quid ſit Spiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas. Hominem benedixit, illique conceſſit vniuerſam terram, & loco feudi, & Paradiſum, tamquam Palatium, & tamquam Regiam Deditque eidem homini liberum voluntatis arbitriũm, ex ſacra Scriptura, & Theologis quid illud ſit, Moyſis præceptum ne Iſraelitæ alienos Deos tolerent. Diaboli tentationes, quę homini fiunt, quomodo illis obietur, arcana cordis hominis DEO cognita, corda hominum in manu DEI ſunt, illoque volente mutantur.

SVMMARIVM.

1 *DEVS admirabilem, pulchram, atq; decoram Mundi machinam, cælo, terraq; comprehenſam, ſua ſuprema Sapientia, ſuoque verbo perfecit.*

Herba, ligna, ſemina, fructus, quo modo germinent?

2 *Luminaria in firmamento Cæli, quæ diuiderent dies, noctes, & tempora, creauit.*

3 *Luminarea magna, vt vnum diei, alterum nocti præeſſet, ſidera, & ſtellas, quibus ornaret Cælos, & illuminaret terram.*

4 *Aquas, quæ producerent reptile viuentis animæ, maria, & illius aquas, & aquarum congregationes.*

5 *Ceta, animaliaq; grandia, volucres, & volatilia ſuper terram ſecundum genus ſuum.*

6 *Iumenta, reptilia, & beſtia uniuerſa terra ſecundum genus ſuum.*

7 Bene-

7 *Benedictionem dedit DEVS, vt multiplicarentur, & replerentur in aquis, & ſuper terram.*

8 *Mundi, & omnium creationem pulchrè, & breuitrr refert Dauid*

9 *Spiritus Domini, qui ferebatur ſuper aquas, quis eſſet, ex Diui Hieronymi ſententia nu. 10.*

11 *Spiritus Sanctus omnia viuificat, omnia fouet, omnia perficit.*

12 *Benedictionis aquæ Fontis Baptiſmalis Sanctæ Eccleſiæ forma num. 13.*

14 *Stoicorum Philoſophorum ſententia, & dogma fuit, omnia, quæ in Mundo ſunt, vno tantum Diuino Spiritu procreari.*

15 *Spiritus ſupremus ille eſt, qui ſemper fuit, ſemper eſt, & ſemper erit, & is eſt ipſe DEVS, ex Marſilio Ficino.*
Spiritus ex Virgilio.

16 *DEVS ſua omnipotentia ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam hominem creauit, num. 18.*

17 *Ex illo Homine in eius adiutorium, mulierem creauit.*

18 *Hominem creauit, vt præeſſet piſcibus maris, volatilibus cœli, & beſtijs vniuerſæ terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.*

19 *Homini, DEVS, dixit, creſcite, & multiplicamini, & implete terram, & ſubijcite eam, & quæ ſequuntur num. 7.*

20 *Omnia, quæ creauerat DEVS dedit omnibus animantibus in eſcam adueſcendũ, reſpectu hominum ad ſubijciendum.*

22 *Ciceronis dictum de hominis creatione.*

23 *Ex Homero Plato num. 26.*

24 *Ex Lucio Apuleio.*

25 *Ex Philone Iudæo.*

27 *Homo bonus, Sanctiſſimus, malus, peſſimus, & ſceleſtiſſimus.*

28 *De creatione hominis, Ouidius.*

29 *Terram homini, DEVS conceſſit verbo ſuo in feudale beneficium, inueſtituræ, & Priuilegij loco.*

30 *Paradiſum eidem conſtituit in Edem Regiæ cuiuſdam, & Palatij in Symbolum.*

31 *DEVS, Homini liberum voluntatis arbitrium conceſſit.*

32 *Cayno, quid loquutus eſt DEVS? vt oſtenderet, quod homini liberum voluntatis arbitrium dediſſe.*

33 *Ho-*

33 *Hominem ab initio à DEO poſitum in manu Conſilij ſui.*

34 *Aquam, & ignem DEVS homini præpoſuit, vt cui vellet, ac ſibi placeret, manum apponeret.*

35 *In nobis liberum eſſe arbitrium Plato concludit.*

36 *Arbitrium noſtrum liberum eſſe, in agendo, & deliberando, cenſuit Alexander Aphrodiſæus.*

37 *Arbitrium liberum, facultas eſt rationis, & voluntatis.*

38 *Arbitrium noſtrum, quo in loco collocatur ex Plotino.*

39 *Arbitrij humani libertas, cum prouidentia concurrit, ex Marſilij Ficini dicto.*

40 *Arbitrium, & voluntas, non dicuntur, niſi in homine, quia in beſtijs eſt appetitio, quæ ſequitur ſolam ſenſus cognitionem, quæ eſt tantum rerum ſingularium, in quibus ſi quid eſt ſuaue, nõ poteſt bellua non ferri ad illud, ideo in ea nulla appetitionis libertas.*

41 *In homine, duplex cognitio, ſuperior, & inferior, & declaratur plenius nu. 42. 43.*

44 *Arbitrio libero, quo pacto agimus, ex Iacobo Carpentorato, & Plotino, & pulchrè ex Philone nu. 45. 46. 47. 48.*

49 *Moyſes Populo Iſraelitico præcepta proponit, quæ ſeruare debeat, & quæ adimplere debeat, quæ conſiſtunt in libero cuiuſque voluntatis arbitrio.*

50 *Præceptum Iſraelitis, ne Dijs alienis ſeruiant, neuè illos adorent, alias ſi contrarium faciant, prædicit vltra errorem, quæ illis ſubſequentur nu. 52.*

51 *DEVS eſt vita noſtra, ac longitudo dierum noſtrorum.*

53 *Diui Bernardi dictum, quoad periculum, quod ſequitur ex lucta, quam habemus cum hoſte domeſtico, quem non videmus Diabolum nu. 54.*

55 *Quo pacto illuſionibus, & tentationibus Diaboli reſiſtere debemus noſtro libero voluntatis arbitrio?*

56 *Ad DEI miſericordiam recurrendum, vt idem noſtræ voluntatis arbitrium optimè regulemus.*

57 *Declinanti homini à bono, humanarum miſeriarum memor DEVS, ſui auxilij gratia ſuccurrit.*

58 *Abſcondita noſtri cordis arcana DEVS agnoſcit.*

59 *Da-*

59 *Dauid DEVM rogabat, vt cor mundum in illum crearet.*
60 *DEVM cordis noſtri, ac partem noſtram eſſe cecinit Dauid.*
61 *Principum corda DEVS immutat.*
62 *Cor Regis quomodo dicat Dauid eſſe ſicut diuiſiones aquarum? & quod ſit in manu DEI, & quocunque voluerit, inclinabit illud.*

Cap. Primum.

DEVS, Optimus, Maximus, ſua ſuprema, &
incompræhenſibili Sapientia, Mundum
creare inſtituens, ſtatim ſuo verbo, hanc
ipſius quam inſpicimus Mundi machi-
1 nam pulchram, decoram, & † admirabi-
lem, Cœlo, terraque comprehenſam per-
ficiens, germinare illam virentibus herbis, ligna, quæ pro-
ducerent ſemina, & fructus ſuos, ſecundum ſpecies ſuas
2 conſtituit. Luminaria † inſuper in firmamento Cœli, qui-
bus diuideret dies, noctes, & tempora. Alia præterea lumi-
naria magna, vt vnum diei, Alterum verò nocti præeſſet.
3 † Sidera, & ſtellas; quibus ornaret cælos, & illuminaret ter-
4 ram, & diuideret lucem à tenebris. Aquas etiam, quæ † pro-
ducerent reptile animę viuentis. Maria, & illius aquas, aqua-
5 rumque congregationes, Cetæ, animaliaque grãdia, † volu-
cres, ac volatilia ſuper terram, ſecundum genus ſuum. Iu-
6 menta, reptilia, & beſtias vniuerſæ † terræ, ſecundum genus
ſuum. Illiſque omnibus benedictionem dedit, vt multipli-
carentur, & replerent aquas maris, ac multiplicarentur
7 † ſuper terram. Hæc omnia ampliſſimè ſcripſit *Moyſes in
Libris Geneſeoſ. cap. 1. de quibus Dauid. Pſalm. 103. inquit.*
8 Quam † magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in Sa-
pientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua. Hoc mare
magnum, & ſpacioſum manibus, illic reptilia, quorum non
eſt numerus. Animalia puſilla, cum magnis, illic naues
pertranſibunt. *Hæc Dauid, aliique grauiſſimi Theologi tradide-*

runt, & Philo Iudæus in Commentarijs de Mundi opific. & Flauis Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum lib. 1. alijque complures Hiſtorici Græci, & Latini, quos omiſimus. In qua Mundi creatione enucleanda Moyſes hæc etiam verba protulit. Et
9 Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Super quorum verborum intellectu, & expoſitione, licet quam plurimi laborauerint, Diui tamen Hieronymi præclariſſimi, ac ſummi Eccleſiæ Doctoris in quæſtionibus Hebraicis ſuper Ge-
10 neſem, hæc ſententia fuit, Spiritum Sanctum † intelligi de-
11 bere, cum dicatur, & appelletur, Spiritus † omnia viuificans, omnia fouens, omnia perficiens. Ideoque ex omnium ferè Patrum Græcorum, & Latinorum ſententia, ac ex omnium conſenſu Summorum Pontificium, poſt Domini noſtri Ieſu Chriſti doctrinam, Sancta Catholica, in Fontis
12 † Baptiſmalis benedictione, & ſanctificatione canit Eccleſia dicens, DEVS, cuius Spiritu ſuper aquas inter ipſa Mundi primordia ferebatur, vt iam tum virtutem ſanctificationis aquarum natura conciperet. Et poſt pauca eadem ſancta Eccleſia benedicendo canit. Vnde benedico te creatura
13 aquæ, † per DEVM viuum, per DEVM verũ, per DEVM Sanctum, per DEVM, qui te in principio, verbo ſeparauit ab arida, cuius Spiritus ſuper te ferebatur. Et in hoc, ſi rectè conſideretur, declinare cenſendum eſt, Stoicorum Philoſophorum dogma, quo aſſeruerunt, omnia, quæ in Mun-
14 do ſunt diuino † tantum vno Spiritu procreari, Regi, & contineri. Ad quæ concinit illud, quod ſcriptum eſt à Marſilio Ficino in Theologiam *Platonis lib. 2. c. 2.* qui dicit, Spiritum ſupremum illum eſſe, qui ſemper fuit, ſemper eſt, &
15 ſemper † erit, & is eſt ipſe DEVS, quæ Stoicoru m aſſertio, exarata eleganter eſſe videtur à Poetarum Principe *Virgilio lib. 6. Aeneidos,* dum inquit.

Principio Cœlum, ac terras, campoſque liquentes
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque Aſtra.
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Hijs

Hijs omnibus, breuiſſimo, quo potuimus modo, prolatis, ac in compendium ductis, quibus Mundum ornare Diuinæ Potentiæ placuit. DEVS, hominem eadem ſua om-
16 nipotentia, ad ſuam ſimilitudinem, placuit creare † vt idem *Moyſes Geneſ. cap. 4.* docuit. Quod & alij antiquiſſimi
17 Authores tradiderunt; Et ex illo, mulierem in illius † adiutorium, vt de Adamo, & Eua, primis humanæ generationis parentibus, idem Moyſes veriſſimè ſcripſit, dùm *Geneſ. cap. 1. inquit.* Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitu-
18 nem † noſtram, vt præſit piſcibus Maris, & volatilibus Cœli, & beſtijs vniuerſæ terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Iterum dicens, maſculum, & fœminam creauit
19 eos. Et † ſubiunxit, creſcite, & multiplicamini, & implete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus Maris, & volatilibus Cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Et omnia inſuper, quæ creauerat aſſignauit
20 in eſcam † ad veſcendũ omnibus animantibus ſubijciens, & res adhoc creatas, reſpectu animantium ad veſcendum,
21 & reſpectu hominum, etiam ad ſubijciendum † vt illorum omnium eſſet Dominus. De quibus, omnibus non ſolùm Theologi ſcriptores, ſed etiam alij antiquiſſimi Ethnici, Hiſtorici, vt Beroſus Chaldæus *Hiſtoriarum lib. 1.* Mercurius Triſmegiſtrus in Pymandro, alijque complures ſcripſere.
22 Nàm & de hominis creatione Cicero, hoc † (inquit) Animal prouidum, ſagax, multiplex, memor, plenum rationis, & conſilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione a ſupremo Deo eſſe creatum. Et de eo *Plato*
23 *in libr. de Republica Dialogo primo* dicit † ex Homero, hominem eſſe Deo ſimilem, & eſſe miraculum omnium animalium diuinorum. *Et Lucius Apuleius de dogmatibus Platonis*
24 *lib. 1. inquit,* quod homo † totus in capite, totus in vultu eſt, namque prudentia, & ſenſus omnes in illa parte continentur, cætera omnia membra capiti ancillantur. *Sed Philo Iu-*
25 *deus in libr. de Ioſeph dicit,* quod homo † ſomnium eſt, pulchritudo momentanea ſanitas incerta, robur morbis expugnabile,

bile, confuſa integritas, humoribus vitioſis facilè corrumpitur, opes ingentes ſæpe vna dies abſtulit, honoratiſſimi verſi in contemptum, imperia maxima breui ſubuerſa ſunt, idcirco ciuilem virum, ſomniorum interpretem eſſe decet, intelligere, quæ honeſta, quæ turpia, quæ mala, quæ bona, & de alijs ſimiliter, vt bene viuere diſcat. *Plato de legi-*
26 *bus dialogo 10. dicit*, hominem † omnium animalium Religioſiſſimum, ſed idem Plato in Minoem, dicit hominem
27 bonum, ſanctiſſimum eſſe, malum † verò ſceleſtiſſimum, ſed ille, qui inter Poetas noſtros nato CHRISTO, vixit ad viginti circiter annos, & libros Geneſis legiſſe creden-
28 dum, de hominum creatione † *Ouidius Metamorphoſeos ita lib. 1. inquit.*

Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit.
Ille opifex rerum, Mundi melioris origo
Siue recens tellus, ſeducta nuper ab alto
Æthere, cognati retinebant ſemina Cæli.
Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis.
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum
Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, Cælumq; videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Cum autem feciſſet illum (vt ſupra dictum fuit) rerum omnium Dominum, ac illi conceſſiſſet in feudale, veluti beneficium, excedens omne aliud donum, terrã omnem, vt ſibi illam ſubijceret, ſuo verbo ampliſſimè exarato, ſubli-
29 mans illum, ita vt cuiuſdam priuilegij, & feudalis † inueſtituræ loco ſufficeret, concedens etiam illi Paradiſum, quem in Edem condiderat, vbi illum, quaſi in Palatio, vel
30 Regia † quadam conſtituit, vt latè ſcriptum eſt *Geneſ. c. 1. cap. 2.* Et nos, ſi DEO placuerit, dicere, & copioſius probare decreuimus in Commentarijs, quos exire in publicum faciemus, quibus de FEVDIS, ET TITVLIS DIGNITATVM *lib. 1. cap. 4.* nomen dedimus.

Sed

Sed quod maius eſt , conceſſum homini fuit liberæ vo-
31 luntatis arbitriũ † dũm à D E O fuit Cayno dictum *Geneſ.*
cap.4 à DEO,quaſi ad modum interrogantis,dũm illi dicit
32 quare iratus es,& cur † concidit facies tua? Nonne ſi bene
egeris,recipies,ſin autem male,ſtatim in foribus peccatum
tuum aderit,ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis
eius,hoc planius expreſſit *Eccleſiaſtic.cap.15. dicens*,DEVS ab
33 initio conſtituit † hominem , & reliquit illum in manu cõ-
ſilij ſui. Et poſt pauca inquit, appoſui aquam, & ignem, ad
34 quod volueris † porrige manum tuam. Ante hominem vi-
ta, & mors, bonum, & malum , quod placuerit dabitur illi.
35 Et arbitrium liberum † in nobis eſſe concludit *Plato de*
Republica lib. 10. quod confirmat in Phedro , & in Timeo,
Quod, & poſt Ariſtotelem,confirmat *Alexander Aphrodiſæus*
in libr.2. de anima cap.26. cap.55. cap.56. dũm dixit, arbitriũ
36 noſtrum † liberum eſt in agendo,& in delliberando. Arbi-
37 trium liberum facultatem eſſe rationis, & † voluntatis, vo-
luit *Alber. Magnus de Anima tract.4.c.10. & lib.3. Ethicorum*
tract.1. c.16. ſed audi ſic loquentẽ *Plotinum Enneade 6 lib. 8.*
38 *c.3.* arbitrium † noſtrum (inquit) quod in nobis eſt,primo
collocamus in voluntatẽ , deinde hanc in rationẽ poſt hęc
in rationem rectam ſcientiam includentem , nàm non re-
ctè ſi quis egerit aliquid, cum videtur habere liberum arbi-
trium , niſi propter quid rectè ſic caperetur , agnouerit.
Marſilius autem Ficinus in Platonis Atlanticum , dicit ar-
39 bitrij humani † libertatem cum prouidentia concurre-
re. Verum notanda ſunt, quæ ab alijs conſiderata fuere.
Quod arbitrium, & voluntas, non dicuntur , niſi in homi-
40 ne,† quia in beſtijs appetitio, ſequitur ſolam ſenſus cogni-
tionem , quæ rerum ſingularium eſt tantum , in quibus ſi-
quid eſt ſuaue, non poteſt bellua non ferri ad illud, ideo in
41 ea nulla appetitionis libertas . At in homine † duplex co-
gnitio, ſuperior , & inferior , quæ ipſius ſenſus, vel faculta-
tis cum corpore communicantis , plęrumq; ſuperiori con-
traria , ex quo contingit voluntatem humanam in huius

Digitized by Google

duplicis cognitionis medio, contrarijs fluctibus frequenter
agitari, vnaque parte trahi à ſenſu ad vitium, altera à ratio-
42 ne ad virtutem † reuocari, in qua diſtractione, & ſi Stoicis
illa pronior ad virtutem videatur Ariſtotelis ob naturam
43 ad vitium † propenſior, tamen apud omnes Philoſophos
naturæ lumen ſequentes in medio libera eſt ad neutrum
coacta. Sic ſcribit *Iacobus Carpentoratus in alcinoum, parc. vlti.*
44 *digreſſ.* 12. Arbitrio libero agere per mentem † illum, qui
libet ab omnibus corporis paſſionibus agit, & inde excita-
tas operationes liberas confitendum eſſe, dicit Plotinus in
Enneada 6 lib. 8. cap. 3. Sed omictere non debeo, quàm do-
ctè, & eleganter illud ſit, quod dicit circa hanc humani li-
beri arbitrij materiam, Philo Iudæus, in illo libro, qui in-
ſcribitur, quod DEVS ſit immutabilis, qui ibidem pulchre
ſermocinatur. Nam brutæ (inquit) animantes, quorum
45 † animabus non ineſt mens, decoratæ libertatis priuilegio,
ſubiugatæ, frenatæque traduntur ad miniſterium homi-
num, tanquam horum mancipia. Homo autem liberam
facultatem, & ſui iuris ſententiam ſortitus, ex deſtinato ple-
raq; faciens, merito vituperium incurrit, ſi prudens, ſciensq;
peccat, ſicut è diuerſo laudem, quando ſua ſponte bene-
facit. Nam ſtirpium, animaliumque nec vbertas lauda-
tur, nec ſi malè proueniant, vituperantur, quod vterque
hic motus, & vtraque mutatio, non eſt voluntaria, ſed ſola
46 hominis anima, † quæ accepit à DEO motum volunta-
rium, hactenus illi ſimilis à moleſtiſſima, grauiſſimaque
hera neceſſitati, quantum licuit, manumiſſa, iure accuſari
poſſet, ſi liberatorem ſuum non conleret, non quaſura pœ-
nam, quæ animaduerteret in liberatorum ingratitudinem,
itaque recogitauit, & intra ſe dixit DEVS, non nunc pri-
mum, ſed iam dudum firmiter, quid feciſſet hominem,
47 ideſt qualem eum condidiſſet, condiderat enim † liberum
& relictus voluntati propriæ, quicquid placeret, ageret, idq;
hanc ob cauſam, vt ſciat, quid bonum ſit, quid malum, &
quid interſit inter honeſta, turpiaque quid itẽ inter æqua,
& iniqua

& iniqua, & in vniuerſum, virtutem, & vitium, eligeret
48 meliora, † deteriora fugeret. Hæc Philo in loco quem ſupra allegauimus. Super quo, ego adduco alium ſacræ Scripturæ locum, per quem eadem concluſio firma remanet ex ordine ſacrarum legum à DEO datarum per medium Moſis ita dicentis *Deuter. cap. 30.* Conſidera (inquit) quòd
49 hodie † propoſuerim in conſpectu tuo vitam, & bonum, & è contrario, mortem, & malum, vt diligas Dominum DEVM tuum, & ambules in vijs, & cuſtodias mandata illius, & cęremonias, atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingredieris, poſſidendam. Si autem auerſum fuerit cor tuum, & audire
50 nolueris, atque errore deceptus adoraueris † Deos alienos, & ſeruieris eis, prædico tibi hodie, quod pereas, & paruo tempore morieris in terra, ad quam, Iordane tranſmiſſo, ingredieris, poſſidendam. Teſtes inuoco hodie cœlum, & terram, quòd propoſuerim vobis vitam, & bonum, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum, & diligas Dominum DEVM tuũ, atque obedias voci eius, & illi adhæreas, ipſe eſt enim vita
51 tua, & longitudo † dierum tuorum. Hæc ibidem. Diuus Hieronymus in libr. quæſtionum Hæbraicarum in Geneſim, dicens. Nonne ſi bene feceris, dimictetur tibi omne delictum tuum, quòd ſi malè feceris, illico peccatum ante veſtibulum tuum ſedebit, & tali ianitore comitaberis. Ve-
52 rum quia † liberi arbitrij es, moneo vt non tibi peccatum, ſed tu peccato dominaberis. Hoc ab Ambroſio, Chriſoſtomo, & Auguſtino confirmatur, & poſt Theodotum, à Hieronymo Oleaſtro. Quàm pulchrè, & egregiè hanc doctrinam enucleauit Diuus Auguſtinus *de ciuit. Dei lib. 15. cap. 7.* & eleganter Diuus Bernardus *de quadrag. ſerm. 5.* Grãde (ait)
53 periculum, & grauis † lucta aduerſus domeſticum hoſtem
54 † maximè cum nos aduenæ ſimus, & ille ciuis, Ille ſuam inhabitet Regionem, nos exules ſimus, & peragrini. Magnum quoque diſcrimen aduerſus Diabolicæ fraudis aſtu-

tias,

Digitized by Google

tias,tam crebros, immo continuos habere conflictus,quem nec videre quidem poſſumus,& quem nimis aſtutum fecerit, tàm natura ſubtilis, quam longa exercitatio malitiæ eius. Verum tamen in nobis eſt,ſi vinci nolumus, & nemo noſtrũ in hoc certamine deijcitur inuitus. Sub te eſt ò homo appetitus tuus,& tu dominaberis illius. Poteſt inimicus tuus excitare tentationis motum, ſed in te eſt ſi volueris dare, ſiuè negare conſenſum. In tua facultate eſt, ſi volueris inimicum tuum, facere ſeruum tuum,vt omnia tibi coope-
55 rentur in bonum. Ecce enim inflammat † inimicus deſiderium cibi, vanitatis, aut impatientiæ cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum.Tu ſolùmodo ne conſenſeris, & quoties reſtiteris toties coronaberis.Verum tamen negare non poſſumus,moleſta ſunt hæc,& pericula, ſed & in ipſo certamine,ſi viriliter reſiſtimus,quædam pia tranquillitas de conſcientia bona naſcitur,credo etiam ſi cogitationes illas,quam cito in nobis aduertimus, non patimur remorari,ſed in ſpiritu vehementi animus aduerſus excitatur,quoniá inimicus confuſus abſcedet à nobis,nec tàm libenter illic reuertetur.Sed qui ſumus nos, aut quæ fortitudo noſtra, vt tàm multis tentationibus reſiſtere valeamus? Hoc erat certè, quod querebat DEVS hoc erat, ad quod nos perdu-
56 cere † ſatagebat,vt videntes defectum noſtrum,& quod nõ eſt nobis auxilium aliud,ad eius miſericordiam tota humilitate curramus. Hæc ita narrat Diuus Bernardus.

Declinanti, itaque homini à bono, ob ſuæ voluntatis ar-
57 bitrium, ſolet DEVS, humanarum † miſeriarum memor, roganti,quæ ſuam voluntatem à prauo incurſu, ac itinere
58 malo mutet in melius abſcondita namque cordis † arcana ipſe agnoſcit, vt dicit Dauid *pſalm.43.pſalm.*53. quod ſcrutatur corda, & renes DEVS. idcircò *idem Dauid Pſal. 51.*
59 dicebat, Cor mundum crea in † me DEVS, quia lex DEI eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Non mirum ſi ipſe Dauid gloriabatur, dum diceret Pſal.
60 72. DEVS cordis mei, & pars mea † DEVS. Propterea

Iob

61 *Iob cap. 12.* Quod Deus immutat † cor Principum. Vndè Salomon. *Prouerbior. cap. 21.* ait. Sicuti diuiſiones aqua-
62 rum, ita cor Regis in manu Domini † quòcunque voluerit, inclinabit illud.

ARGVMENTVM.

Cap. II.

SVmmi Romani Pontifices dicuntur patres Principum, & Chriſtiani populi. Legationes inter Reges, Principes, & Reſpublicas. Regum Catholicorum cum Romanis Pontificibus Legationes reciprocæ. Legationum plurimarum ex ſacris literis, & alijs Hiſtorijs exempla. Quæ conſideranda ſint in Legationibus expediendis, ac Legatis deſtinandis.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex Maximus Romanus dicitur totius Chriſtiani populi pater, diligens, tamquàm filios, Imperatorem Romanum, Reges, ac omnes Principes Chriſtianos.*

2 *VRBANVS Octauus Summus Pontifex miſit in Hiſpania ad PHILIPPVM Quartum Regem Catholicum, Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum FRANCISCVM Tituli Sanctæ Agathæ S. R. E. Cardinalem Barberinum Florentinum Legatum de Latere, Legatum etiam Aueniomenſem, Signaturæ Iuſtitiæ Præfectum, Regnorum Scotiæ, Aragoniæ, Luſitaniæ, & Siciliæ, Protectorem, num. 3.*

Digitized by Google

4 *PHILIPPVS Quartus Rex Catholicus pro Legatione præfata gratias DEO reddidit, Summo Pontifici, & Cardinali.*

5 *Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Legatus ex nobiliſſima familia Barbarina Florentina e iuſdem Beatiſſimi Pontificis digniſſimus Nepos. num.6.14..*

7 *Legati de latere creatio an Summo Pontifice fieri poſſit in alium, quàm in Cardinalem? num.8.9.*

10 *Urbanus ſecundus Pontifex Priuilegium Legati conceſſit Rogerio Calabriæ, & Siciliæ tunc Comiti.*

11 *Quæ fiunt à Legato de latere à Summo Pontifice fieri dicuntur, dummodò non ſint reſeruata, num.12.13.*

15 *Actus gratiſſimæ ſalutationis, & viſitationis facta per Sereniſſimos fratres Regis Catholici Ferdinandum S.R.F. Cardinalem Archiepiſcopum Toletanum Hiſpaniæ primatem, & Carolum Auſtrios Domino Cardinali Barberino.*

16 *PHILIPPVS Quartus Rex Catholicus natus die 8. Aprilis. Anni D.N. IESV CHRISTI. M.DC.V. Baptizatus die 28. Maij, eiuſdem anni, num.17.*

18 *Hobardus Comes Hottingenſis, Magnus Admiratus Angliæ, Hiberniæ, Normanniæ, & Aquitaniæ, Caſtrorum Maritimorum Capitaneus Generalis, Conſiliarius Conſilij illius Regis Ordinis Garteriæ Eques, Legatus ad Philippum Quartum Regem Catholicum à Rege Angliæ miſſus.*

19 *Legatus Regis Angliæ ad Philippum Quartum Regem Catholicum habuit trecentos viros Nobiles in ipſius Comitiua.*

20 *A deſcenſione Maris ad terram dicti Legati, & Comitantium, quibus modis in ſtatu Regis Catholici recepti illi fuere?*

21 *PHILIPPVS Quartus dum ad Baptiſmus mictitur, brachijs portatur per Don Franciſcum Gomez de Sandoual Ducem Lermæ Equitem dignitatibus, quæ notantur adornatum. Puer Regis filius Baptizandus, quibus eſſet ornatus modis, & quam præcioſa ſupellectili indutus, ac velatus declarentur, nu.22.*

23 *Populi Pinciani magna lætitia, & gaudium pro filio Regis, quoniam ſperabant illum futurum Regem tot Regnorum.*

24 *Septem excellentiſſimi Principes Hiſpani portantes res pro ſacramento*

Digitized by Google

mento Baptiſmatis neceſſarias, fuere infraſcripti videlicet.

Don Beltramus della Cueua Dux Alburquerquenſis.

Don Ioannes Fernandez de Velaſco, Magnus Caſtellæ Comeſtabulus.

Don Ioannes Hurtadus Mendocius Dux Infantacij.

Don Antonius Aluarez Toletus, & Beamontio Dux Aluæ.

Don Antonius Henriquez de Toleto Comes Albaliſtæ.

Don Ruyz gomes de Silua Dux Paſtranæ.

25 *Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimum Dominus Don Bernardus de Sandoual S.R.E. Tituli ſanctæ Sabinæ Præsbiter Cardinalis Baptiſmi ſacramentum filio Regis miniſtrauit.*

26 *Principem ſacro fonte leuarunt ſereniſſimus Don Victorius Pedemontium, & Sabaudiæ Princeps, ac Sereniſſima Donna Anna Auſtria Hiſpaniæ Infanta, nunc Galliæ Regina.*

27 *Aſſiſterunt Domino Cardinali ſanctum Baptiſmum miniſtranti infraſcripti alij magni Prælati nobilitate natalium, virtutibus, & dignitate præclari.*

Don Alfonſus Manriquez Archiepiſcopus Burgenſis.

Don Ioannes Baptiſta Accenedo Epiſcopus Pincianus Generalis in Hiſpania Inquiſitor.

Don Petrus de Caſtro Epiſcopus Segobienſis.

Don Antonius de Carceres Epiſcopus Aſtoricenſis.

Don Henricus de Henriquez Epiſcopus Oximenſis.

28 *Puerum ad Baptiſmum comitabantur Magnates (Principes) & Equites Illuſtres, & nobiliſſimi numero copioſo.*

29 *Pecunia à ciuitate Pinciana populo, & plebi colligenti proiecta.*

30 *De ſumpto à Rege Catholico in die Baptiſmatis, quid dixerit Legatus Angliæ Regis.*

31 *Gratitudo animi Philippi Quarti Regis, quam habuit pro Legatione Pontificis.*

22 *Philippus Quartus Rex Catholicus Legationem deſtinauit ſummo Pontifici, gratam futuram Regnis, populis, & ciuitatibus.*

33 *Legatio iſta ſex debet continere, tractanda infraſcripta videlicet. ante omnia primum, quòd de more antiquiſſimo Legationes vſui fuerint. nu. 39.*

34 Se-

34 Secundùm, conſideranda eſt mictentis legationem perſona.

35 Tertiùm, conſideranda perſona, quæ mictitur pro legato.

36 Quartùm conſideranda perſona, ad quam legatio mictitur.

37 Quintùm conſideranda res, ſiue negotium, pro quo mictitur.

38 Sextùm, conſiderandus eſt finis, pro quo legatus mictitur.

39 Iacob filius Iſaac, Abrahæ nepos, ad Eſau fratrem legatos miſit, num. 40.

41 Eſau fratri Iacob, amoris gratia, obuiam iuit cum quadringentis viris.

42 Legati ſuper erectione altaris pro Iſraelitis ad filios Ruben, & Galaa, & dimidiæ Tribus Manaſſe.

43 Legati miſſi ad Holofernem Principem Nabuchdonoſor Regis Aſſyriæ, nu. 44. & 45.

45 Eliachim ſacerdos magnus populum ab Holoferne vexatum, hortatur ad pœnitentiam, orationes, & lachrimas, nu. 48.

46 Populus à manu Holofernis liberatus, Dei virtute, manu Iudith.

47 Ionathæ legatio ad Bacchidem, inde pax orta.

48 Alexandri Regis honores facti Ionathæ. nu. 49.

50 Alexandri Regis Antiochi filij legati ad Ptolomeum Ægipti Regem, & 51.

52 Alexandri Regis cum Cleopatra filia Ptolomei Regis Aegipti nuptiæ, Ptolomaidæ ſollemniter regali modo factę, nu. 53.

54 Epiſtola Antiochi Regis ad ſenatum, & populum Iudæorum.

55 Epiſtola T. Quintij, & T. Manilij legatorum Romanorum populo Iudæorum;

56 Legatos etiam nomine oratorum vocat Liuius, & Virgilius. num. 64.

57 Legatos appellat eos, qui deprecantur, Gulielmus Budęus, ſic etiam Petrarcha (nu. 58.

59 Legati Carthaginenſium ad Scipionem maiorem, Legatorum ad Quintum ſuperato Philippo, n. 60. Legati ad Lucium Scipionem ſuperato Antiocho, nu. 61. Legati ad P. Aemilio deuicto, & capto Perſeo, nu. 62. Legati ad Anicium, capto Gentio Rege, nu. 63.

65 Interpretes etiam, vocantur legati.

66 Lingua animi interpres.

67 Voces

Digitized by Google

67 *Voces ſunt earum, qui ſunt in anima paſſionum nota.*
68 *Quinque ſenſus noſtri ſunt animi Nuntij.*
69 *Senatus, & conſules Romani, & populus, an legatos ipſi deputarent? nu. 70, 71.*

Cap. Secundum.

PONTIFEX Maximus VRBANVS
Octauus, Menſibus proximè elapſis, vti
1 ſupremus pater † totius populi, Chri-
ſtiani, vti in Chriſtofilios Imperato-
rem, Reges, Chriſtianos Principes, &
populos diligere, & amore ſummo, &
affectione paterna, illos proſequi de-
2 monſtrare contendens, ab Vrbe Roma † miſit Illuſtriſſi-
mum, & Reuerendiſſimum D Franciſcum Tituli Sanctæ
Agathæ Cardinalem. Barberinum Legatum Sanctæ Ro-
manæ Eccleſia Cardinalem, ſuum nepotem legatum de la-
tere in Hiſpania ad agendum cum Philippo Quarto Rege
Catholico, prout rerum, ac temporum præſentium condi-
3 tio poſtulabat † Legatum etiam Auenionenſem, ac Præfe-
ctum ſignaturæ iuſtitiæ, Protectorem Scotiæ, Aragoniæ,
Luſitaniæ, & Siciliæ, qui officij, & honoris, cauſa, Pontificio
nomine, declararet eidem Regi ampliſſimam pontificiam
voluntatem, & eius promptitudinem ad complenda om-
nia iuſta deſideria, quæ non ſolum eius Catholicam Ma-
ieſtatem, ſed ſui Regalis palatij, & Familiæ magnitudinem,
ſed omnium Regiorum ſubditorum hominum commo-
ditates concernerent. Ob quam Pontificij animi magni-
4 tudinem, & amicabilem zelum, Philippus Quartus † Rex
Catholicus, gratias DEO reddidit maximaque gratitudi-
ne chariſſimam reputauit, & habuit, quis enim hoc non
magnificaret? cum Pontifex, chariſſimum, ac dilectiſſi-
5 mum ſuæ Nobiliſſimæ familiæ † Nepotem mittendum de-
legerit, non obſtante amore, quo nepotes, & illos de fami-

6 lia † amemus, de quibus loquitur Andreas Tiraquell. *in repet. l. ſi vnquam, in verb. filios, C. de reuocan. donat. dixi ego in cõſil. 3 4. per totum, & in conſil. 94. centur.* 1. maximè cum dicta legatio facta per ſummum Pontificem ſit facta in perſo-
7 nam † Cardinalis, ſecundum opinionem Abb. Panorm. *in cap. 1. in fine extra de offic. legat.* qui cenſuit ſolos Cardinales poſſe creari legatos de latere. Tamen poſſe ſummum
8 Pontificem creare legatos de latere † quos ſibi placuerit, *arg. cap. 1. de offic. legat. in 6.* ex hijs, quæ fecit Alexander ſecundus Pontifex, *in cap. preterea, §: verum. 32. diſtinct.* Et quid hodie obſeruent Summi Pontifices, cum non ſoleant Legatos de
9 latere creare, niſi † Cardinales, videndi ſunt Angel. de Clauaſio *in ſumma, § legatus, verſic. ſecundi ſunt.* Bartholomæus Fumęus *in ſumma Armilla, §. legatus, numer. 2.* videndus eſt Æneas de Falconibus *in tract. reſeruationum, par. 1. quaſt. 1. in fin.* Lancellott. Conradus in templo omnium iudicum, *lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 8.* Sed à Spiritu Sancto inſpiratum ſummum Pontificem VRBANVM OCTAVVM nunc ſanctam Eccleſiam vniuerſalem Gubernantem, vt legatum de latere ad hoc opus ipſe traſmicteret, quem admodum olim Rogerio Calabriæ, & Siciliæ antiquo Regi VRBA-
10 NVS alter † ſecũdus Pontifex maximus tunc tẽporis priuilegium conceſſit. de quo ſcribens totum priuilegij tenorẽ dicit Thomas Facellus rerum ſicularum *Decade, 2 lib. 7. cap. 1.* rectè itaque commiſit idem ſuo Nepoti Cardinali hanc de latere Legationem, quæ ſuprema eſt, & quæ ab illo fiunt
11 à Papa fieri dicuntur, *cap. 1. §. hi quide prabend. in 6.* poſſunt
12 enim facere omnia, quę reſeruata non † fuerint, *cap. 2. & cap. quoad translationem extra de offic. legati, cap. frater, 2 5 quaſt. 1. Gloſ. in cap. ſi abbatem, de elect. in 6.* Goffred. de Trano, *in ſumma, titul. de offic. legat.* ſequitur Hoſtienſ. *in ſumma eiuſdem tituli, §. quod pertinet, verſ. gerunt enim* Aym Crauett. *in concil. 1 17. ſub num. 3.* Franciſcus Marc. *in deci. Delphin, 3 17. num. 28. & in deciſ. 9 7 8. num. 6. vol. 1.* Propterea bene concludit Specul. *in tit. de legat. §. nunc tractemus, in princip.* quòd Legatus de latere

Digitized by Google

13 latere vires gerit ſummi Pontifex † Et ideò tamquam
honorari debet, *cap. fin. 93. diſtinct. cap. 1. 93. diſtinct.* vt apud
Regem in Hiſpania fuit ſumma veneratione habitus, qui,
vt ſui Reges prædeceſſores facere ſoliti ſunt, eidem Cardi-
nali, non modo Papæ mictentis intuitu, ſed etiam miſſi
Cardinalis Legati, ad perſonæ reſpectũ, ob corporis, & ani-
14 mi illius dotes, ac virtutes, illum † omni effuſa liberalitate
receptum fuiſſe relatum eſt, conferens in eum omnia, de-
coris, honoris, & magnanimitatis ſtudia, quæ ab eiſdem
Regimus in ſimilibus conferri, & fieri conſueuerunt. Ve-
15 nerari illum à ſereniſſimis † fratribus, Ferdinando Sanctæ
Romanæ *E*cclesiæ Cardinali, Archiepiſcopo Toletano, Hi
ſpaniarum Primati, & CAROLO inuicti animi Principe;
& ob omnibus Hiſpanis Magnatibus, & Principibus, Cu-
riam, & Palatium Regium ornantibus, coronam illorum
Illuſtrante Rege, & circum eminentiorem reddente, il-
lumq; comitari, & omnem reuerentiam, ac venerationem
illi exiberi præcipiente. Sic enim Philippus Tertius (cu-
ius animam in cœlo eſſe ob Regales animi dotes, ac ſupre-
mi Regis mores, credimus, & tenendum eſt) huius nunc
regnantis Regis, dum Regem hunc hoc tempore dominá-
16 tem natum ob *DE*I gratiam † die 8. Aprilis Anni D.N.IE-
SV CHRISTI. M. DC.V. die veneris, Hebdomadæ maio-
ris, ſiue ſanctæ, qua die Dominus noſter I E *S* V *S* CHRI-
S T V *S* ſuo præcioſiſſimo ſanguine rubricatus mortem vi-
cit, inferni portas confringens illos, Principes, & illorum
potentiam vilipēdens, ſub ſua poteſtate redegit, ac ſanctos
patres è Limbo liberauit, ac omnium victoriam reporta-
uit, itaque quo die ſollemniſſimo natus in mundo fuerit
17 valdè notandum. Poſt modum † die, 28. Maij eiuſdem
anni proximoque ad dictum menſem Aprilis ſequentis,
fuit ſanctum Baptiſmatis ſacramentum magna ſollemni-
tate collatum, quod dum conferretur, hi ſummi viri præ-
18 ſentes fuerunt. Paucis enim antea diebus a † *I*acob
Maioris Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rege miſſus
eſſet

la. Sequebantur Principes, viri Hiſpaniæ primates, qui res
in collatione huius ſacramenti neceſſarias, aſportabant, &
24 hi erant Don Beltramus † della Cueua Dux Alburquer-
quenſis, Don Ioannes Fernandez de Velaſco, Magnus Ca-
ſtellæ Comeſtabulus, Don Ioannes Hurtadus Mendocius,
Dux Infantacij, Don Antonius Aluarez Toletus, & de Bea-
montio, Dux Aluæ, Don Antonius Henriquez de Toleto,
Comes Albaliſtæ, & Don Ruy Gomez de Silua Dux Paſtra-
næ pulchro ritu, ſollemniquæ ordine, & Eccleſiæ ſanctæ ce-
25 remonijs † illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Don
Bernardo de Sandoual S.R E. Tituli ſanctæ Sabinæ Præsbi-
tero Cardinale, Archiepiſcopo Toletano, & Regio Status
26 Conſiliario. Principem Fonte ſacro leuantibus † ſereniſſi-
mo Don Victorio, Pedemontium, & Sabaudiæ Principe,
ac ſereniſsima Donna Anna Auſtria, Hiſpaniarum Infanta,
nunc Galliæ Regina. Aſsiſtentibus eidem Cardinali Don
27 Alfonſo † Manriquez Archiepiſcopo Burgenſi, Don Ioan-
ne Baptiſta Accenedo Epiſcopus Pincianus, Generalis in
Hiſpania Inquiſitore, Don Petro de Caſtro Epiſcopo Sego-
bienſi, Don Antonio de Carceres Epiſcopo Altoricenſi, &
Don Henrico de Henriquez Epiſcopo Oximenſi, eiuſdem
Maieſtatis Conſiliaris, Pręlatis Natalium ſplendore fulgen-
tibus, corporis, animique virtutibus, clariſsimis, & illuſtri-
bus. Hos antecedebat numeroſus Equitantium, Princi-
pum, Primatuum, & Magnorum † Equitum ordo profuſo
per totam ciuitatem omni liberalitatis, & lætitiæ ſtudio, ef-
fuſis pariter ab eadem Ciuitate Pinciana plebi, & populo,
29 magna illius † diei parte pecunijs, colligentibus illam
magno gaudio, & alacri deſiderio popularibus. Quæ om-
nia cum idem Legatus conſpexiſſet, inter ſuos hæc verba
30 protulit. Ad ſumptus, & expenſas, iſta die, per † Catho-
licum Regem erogatas, non ſufficerent introitus, ac reddi-
tus duorum aliorum Regum Chriſtianorum per tres an-
nos continuò. Hic Legatus Anglicus cum omnibus ſuis
comitibus, omni modeſta petita licentia, & dimiſſione à

Rege Philippo Tertio veniam petijt, obtento negotio fęli-
citer conuento pro quo miſſus fuerat, quibus expletis, di-
miſsi fuere, non abſque donis, & muneribus, non ſolum
à Rege, ſed ab Hiſpanis Principibus ſumma liberalitate
cumulantibus.

PHILIPPVS Quartus Auſtrius Rex Catholicus, non ſo-
lum, vt vices redderet ſummo Pontifici ſalutationis, ac vi-
ſitationis grato animo ab illo factæ, de qua ſupra memini-
31 mus, † ſed etiam, vt perſonæ ſuæ, ac ſuorum prædeceſſo-
rum conſuetum ordinem obſeruaret, ad eundem ſum-
mum Pontificem Legatum deſtinauit, cuius deſtinationis
Legati miſſio, inter Chriſtianos Principes, Reſpublicas, Ci-
32 uitates, & oppida † gratiſsima eſſe debet. ſex tamen in hac
materia neceſſaria eſſe requiruntur, quæ ſunt videlicet.
33 Primò, quia obſeruari † debet mos hactenus à Mundi ini-
tios ſeruari ſolitas inter diuerſitates gentium populorum,
Regum, Principum, ac rerum publicarum Legationes
34 mictendi. Secundò † conſideranda eſt mictentis perſona.
35 Tertiò conſideranda † eſt perſona illius Legati, qui micti-
36 tur. Quartò † conſideranda eſt perſona illius, ad quem
37 mictitur. Quintò † conſiderandum eſt negotium ideſt
38 Legatio negotij, ſiue rei, pro qua mictitur. † Sextò conſi-
derandus eſt finis pro quo Legatus mictitur.

Quantum ad primùm dicendum eſt, moris antiquiſsi-
mi fuiſſe, Nuntios, Oratores, & Legatos mictere, ac non
39 † deſcendenda à Scripturæ Sacræ teſtimonijs, ſe mihi of-
40 fert, ante omnia exemplum Patriarchæ Iacob † filij Iſaac,
nepotis Abraham, cui diſcedenti à Laban ſocero, & per-
genti ad ſuos, cum omni familia, animalibus, & alijs bo-
nis, ab Angelis DEI, quos obuiam habuit, conſiderans, ne
ab Eſau fratre ſuo, ob odium, inuidiam, vel aliam ob cau-
ſam, offenderetur, miſit Nuntios ante ſe ad Eſau fratrem
ſuum in terram Seir in Regionem Edom, & præcepit illis,
his verbis, dicens. Sic loquimini Domino meo Eſau. Hæc
dicit frater tuus Iacob. Apud Laban peregrinatus ſum, &

fui

Digitized by Google

fui vſque ad præſentem diem'. Habeo, boues, & aſinos, & oues, & ſeruos, & ancillas, mićtoque Legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo. Reuerſiq; ſunt Nuntij ad Iacob dicentes; *Venimus ad Eſau fratrem tuum, & Ecce properat in occurſum tuum*, cum qua-
41 dringentis † viris, vt habetur in libris Geneſeos, *cap.* 32. In erectione Altaris Domini Edificati in Chanaa, quod vt non
42 permicterent filij Iſrael, † deputauerunt Legatos ad filios Ruben Galaa, *& dimidiæ Tribus Manaſſæ, ne id facerent, qui miſerunt Phines filium Eleazari Sacerdotis, & alios decem Principes, qui exierunt at Iſrael ad eoſdem filios Ruben, & dimidiæ Tribus Manaſſe, quorum Legatorum medio, qui es inter ipſos facta*
43 *eſt, vt habetur in liberis Ioſue, cap.* 22. Similiter † quando Nabuchodonoſor Aſſyriorum Rex miſit Holofernem militiæ ſuæ Principem cum militibus peditum pugnantibus centum viginti millia, & cum Equitibus ſagittarijs duodecim millia cum innumerabili exercitu camelorum, & quadrigarum, deſtruentes Ciuitates omnes, & cuncta loca infeſtantes, qui incidebant vineas, & flammis incendebant ſata matura, *terrorem vbique incutientes, ob quas locorum deſtructiones ac ruinas Reges, & Principes Syriæ, Meſopotamiæ Sobal Lybiæ, & Ciliciæ, ac timentes Hieroſolymæ, ac Templi deſtructionem, aliorumque* Ciuitatum demolitiones, ad eundem Ho-
44 lofernem Legatos miſerunt † qui illum rogarent, vt deſineret ſua indignatione vti, quia melius eſſet viuentes ipſos conſeruare, vt ſeruirent Regi Magno Nabuchdonoſori, quã deſtrui. Cum idem Princeps obduratus exiſteret, & Legatos non audiſſet, quo in loco *Eliachim Sacerdos Magnus il-*
45 *los confretans, hortatus eſt, vt ad DEVM* † *clamarent, pœnitentiam agerent, ieiunijs, & orationibus vacarens, & Cilicijs ſe induerunt Sacerdotes, ac alij omnes clamantes ad Dominũ DEVM, viri pariter, & meliores, qui omnes ſe humiliauerunt, atque animas deduxerunt, in lacbrimis, fletibus, orationibus, & ieiunijs, quæ*
46 *Legatio, cum effectum non habuiſſet, per manus mulieris* † *opere DEI ſalui facti fuere, quæ omnia in Sacra Scriptura notantur Iudith,*

Digitized by Google

47 *dith,cap.3.cap.4.& ſeqq.* Eodem modo Ionathas † miſit Le-
gatos ad Bacchidem, vt componeret cum ipſo pacem,
quam libenter fecit, & accepit, ac ille iurauit nihil ei mali
facturum omnibus diebus vitæ eius, vt ſcriptum eſt in li-
bris Machabeorum, *lib.1.cap.9.* Ob virtutes, ac potentiam
Ionathæ, ac Simonis fratrum. *Poſtea Rex Alexander voca-
uit Ionatham, vt occurreret ſibi. Ptolemaide quo abijt cum
magna gloria, & occurrit duobus Regibus, & dedit illis aurum,*
48 *& argentum multum, & inuenit gratia in conſpectu † eorum, &
ad confuſionem illorum, qui inuidebant Ionathæ, & Rex fecit il-
lum veſtiri purpura, & fecit eum ſedere ſecum, & præcepit Prin-
cipibus ſuis, vt irent cum eo vſque ad medium Ciuitatis, & præ-
dicarent, vt nemo aduerſus eum interpellet de vllo negotio, nec
quiſquam à moleſtus ſit de vlla ratione, & magnificauit eum*
49 *Rex, & ſcripſit eum † inter primos amicos, & poſuit eum ducem,
& participem Principatus. Hæc omnia habentur Machabeorum
lib.1 cap.10.* Eodem modo Alexander Regis Antiochi filius
50 ad Ptolomeũ Ægypti Regem † Legatos miſit in hæc ver-
ba. *Quoniam regreſſus ſum in Regnum meum, & ſedi in ſede
patrum meorum, & obtinui Principatum, & contriui Demetrium,*
51 *& poſſedi † Regionem noſtram, & commiſi pugnam cum eo, &
contritus eſt ipſe, & caſtra eius à nobis, & ſedemus in ſede Regni
eius, & nunc ſtatuamus ad inuicem amicitiam, & da mihi fi-
liam tuam in vxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona, &*
52 *ipſi dignitatem.* Cui reſpondit Rex Ptolomeus † *FOELIX
dies, in qua reuerſus es ad terram patrum tuarum, & ſediſti in ſe-
de Regni eorum; Et nunc faciam tibi, quod ſcripſiſti, ſed occurre
mihi Ptolomaidam, vt videamus inuicem nos, & ſpondeam ti-
bi ſicut dixiſti.* Et exiuit Ptolomeus de Ægypto ipſe, &
Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam, anno centeſimo
ſexageſimo ſecundo. Et occurrit ei Aleyander Rex, & de-
53 dit ei Cleopatram filiam † ſuam, & fecit nuptias eius Ptole-
maidæ, ſicut Reges in magna gloria. *quæ omnia continentur
Machabæorum, lib.1.cap.10.* Anthiochus Rex miſit Nuntios
cum epiſtolis huius tenoris. Anthiocus Rex ſenatui Iudæo-
rum,

Digitized by Google

54 rum, † & cæteris Iudæis ſalutem. Si valetis ſic eſtis, vt volumus, ſed ipſi bene valemus. Adijt nos Menelaus dicens velle deſcendere ad veſtros, qui ſunt apud nos. His igitur, qui commeant vſque ad diem trigeſimum menſis Xantici damus dextras ſecuritatis, vt iudaicis vtantur cibis, & legibus ſuis, ſicut, & prius, & nemo eorum vllo modo moleſtiam patiatur de his, quæ per ignorantiam geſta ſunt, miſimus autem, & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete, *de quibus habetur Macchabeorum, lib. 2. cap. 12.* Et in eodem loco Legati Romanorum ſcripſerunt epiſtolam infraſcri-
55 pti tenoris. † *Quintus MEMIVS, ET TITVS MANILIVS Legati Romanorum populo Iudæorum ſalutem de his, quæ Lyſias cognatus Regis conceſsit vobis, & nos conceſsimus. De quibus autem ad Regem iudicauit referendum, confeſtim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes, vt decernamus ſicut congruit vobis, nos enim Antiochiam accedamus, ideoque feſtinate reſcribere, vt nos quoq; ſciamus, cuius eſtis voluntatis. Benè valete.* quæ omnia habentur *eodem lib. 2. Macbab. cap. 12.*

Hactenus modo ex ſacris literis quarundam Legationum exempla narraſſe ſufficiat, quandn aliarum etiam gentium moris, & vſus fuiſſe, alia referam, quæ breuibus expedire conabor, ſed tamen hi Legati quandoque orato-
56 res, Nuntij, & interprætes appellati fuere. † Oratorum nomine vſus eſt Liuius, *lib. 24. lib. 25.* Qui pluries quoad hos Legatos, ac homines legationibus deputatos oratores appellat. Sed Gulielmus Budęus in annotationibus ad pan-
57 decta in titul. de vi publ. dicti, Legatos eſſe, qui † deprecationibus vtuutur. Quorum numero collocare poſſumus Carthaginenſium Legatos, qui ad Scipionem Africanum
58 maiorem miſſi fuere, pacem, & veniam petentes, † quibus reſponſum dediſſe Scipionem hoc modo refert Franciſcus Petrarcha in libris Africæ.

Non Pacis tractator Ego, ſed Victor, & Vltor.

Qui Legati eidem Scipioni deprecantes iterum replicaſſe refert idem Poeta.

Sed nulla Victoria maior.
Quàm veniam petiſſe reos.

59 de quibus Legatis Carthaginenſium † ad Scipionem maiorem, & de Legatos † ad Quinctium ſuperato Philippo.
61 De Legatis ad Lucium † Scipionem deuicto Rege Antio-
62 cho. Ad Paulum Æmilium victo, & Capto † Perſeo, ſcribit Liuius, *lib. 3.33.37.& 48.* vbi etiam de Legatis ad Ani-
63 cium redacto in poteſtatem † Gentio.

64 Oratorum nomine Legatos ab Ænea † miſſos appellat Virgilius lib. 2. Æneidos, dum inquit,

Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni
Centum oratores Auguſta ad mœnia Regis
Ire iubet.

65 Interpretes † etiam vocati ſunt Legati à Platone in Cratylo, de quibus interpretibus Cicero ad Brutum, *epiſtol. 9.* dicit, eſſe illos Legatos, qui ferunt, referuntque mandata, de illis Virgilius *lib. 4.* Æneidos inquit,

Interpres Diuum fert horrida iuſſa per auras.

66 Et lingua ſimiliter vocatur † animi interpres per Lucretium dicentem, *lib. 6.*

Atque Animi interpres manabat lingua.

Et quem admodum lingua dicitur Nuncia, & interpres animi, ac ipſius cordis preco, ſic concinit illud Ariſtotelis, *lib. 2.* Perihermenias, ſiue de interpretatione, quòd voces
67 † ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ. Proin-
68 de quinque noſtros ſenſus, animi noſtri Nuntios † eſſe voluit Cicero Tuſculanarum *quæſtionum lib. 1.* Ex quibus apparet à ſcriptoribus diuerſimode appellatos fuiſſe Nuncios.

69 A Senatu miſſas, populoque Romano, Legationes † ſcribit M. Terrentius Varro de lingua latina, *lib. 4.* quandoq; id Conſules fecerunt. *Nam Liuius lib. 29. Conſuli,* inquit, *à patribus permiſſum. vt quem, videretur ex hijs, qui extra ſenatum eſſent, legatum mitteret, ad bellum Regi indicendum.* Cumque
70 nonnulli dicant † ſoli ſenatui permiſſum id fuiſſe, Contrarium

rium tamen dici poteſt ex dictis Varronis, & Liuij authoritatibus. Et ponderanda eſt Hiſtoria in principio fundatæ Vrbis Romæ, dum † fuere miſsi Legati pro habendis legibus ad Athenienſes, Lacædemonios, aliaſque Græciæ Ciuitates.

ARGVMENTVM.

Cap. III.

PHILIPPI Auſtriaci Quarti Regis Hiſpaniarum Legatio ad Summum Pontificem. Regis poteſtas Monarchica eſt, Eaque Regalis poteſtas à DEO creata in perſona Saul Regis Iſrael, & aliorum Regum Monarchica dominatio vtilior, & melior pro populis, & Regnis regendis vtilior, & melior, quám Oligarchia, Ariſtrocratia, Democratia, & Demarchia ponuntur exempla populorum, & Rerũpublicarum, quæ ex aliarum dominationum prouenerunt? Reges Hiſpaniæ ab omnibus Chriſtianis Principibus, quinimò etiam à Barbaris, & veneratione, & formidine coluntur. Iidem Reges Regna Hiſpaniæ à Barbaris, & Mauriſeripuerunt. Et religioſiſſimi, & Catholici titulis decorantur. A quibus fuerunt ijdem tituli diſtributi? quorũ medio fuit vltimo loco Arrij hære-

ſis

ſis eliminata? Reccharedi Regis magnanimitas, & dictæ hæreſis deſtructio per Concilium tertium eius ſumptibus Toleti conuocatum dicta hæreſis fuit extincta. Herminigildi Reccharedi Regis, fratris martirium, & miracula in eius exitu viſa, & audita deſcribuntur. Acclamationes in eodem Concilio factæ ad DEVM, & ad Gratiam dicti Regis Reccharedi. Titulus Catholici Regis, & dicto Recchared,& alijs ſucceſſoribus tributus. Nouus Orbis, Mare Oceanum, & Inſulæ Indicæ acquiſitæ medio Regum Hiſpaniæ, & Luſitaniæ per nauigationes plurimas. Et ex quibus gentibus eſſent natæ gentes illæ. Legationes mittere non omnibus ſpectat,ſed tantũ ad Pontifices, Imperatores, Reges, & Magnos Principes, & Reſpublicas; Familiæ Auſtriacæ magnitudo, & Nobilitas, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Philippus Auſtrius Rex Catholicus direxit Legationem Summo Pontifici.*

2 *Regis dominantis poteſtas eſt Monarchica.*

3 *Saul Rex fuit primus à DEO inſtitutus, & à Samuele Summo Sacerdote Oleo ſancto inunctus.*

Dauid ſecundus Rex à DEO creatus, & ab eodem Samuele Oleo ſancto vnctus.

4 *Salomon tertius Rex, Dauidis filius, Rex creatus.*

5 *Nathan Propheta, & Sadoch Sacerdos Salomonem Oleo ſancto*

inun-

inunxerunt.

6 *Hazahel ſuper Syriam, & Iehu filius Namſi in Regem Iſrael creati.*

7 *Per DEVM Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.*

8 *DEVS prædixit Patriarchæ Iacob, quòd ex eius lumbis Reges egrederentur.*

9 *Moyſi DEVS præcepit, vt Regem faceret de ſua, non de aliena gente.*

10 *Anna ſoror Moyſis, & Aaron, inquit, quòd Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit Imperium Regi ſuo.*

11 *Omnis poteſtas à DEO eſt.*

12 *Monarchia ad Regna, & populos regendos eſt aptior, & vtilior, num. 24.25.26.27.*

13 *Olygarchia eſt dominatio paucorum.*

14 *Aryſtocratia eſt dominatio Optimatum.*

15 *Democratia eſt dominatio multorum.*
Demarchia eſt dominatio populorum.

16 *Exempla Regnorum, Prouinciarum, Vrbium, & Ciuitatum, quæ gubernata ſunt, non à Monarchico, ſed ab alijs adminiſtrationibus ſupra narratis, quæ fuerunt, vel diminuta, vel penitus extincta. num. 17.28.29.*

18 *Romana Reſpublica, dùm totius ferè Orbis dominium habuit, multas calamitates ſubſtinuit, quando Monarchico Imperio non eſt vſa, ſed nobiliorum, vel plebeiorum, conſilio.*

19 *Decem viri electi ab Vrbe Romana ſine prouocatione, ſuperbia, & arrogantia, multa praua committebant.*

20 *Appij Claudij, vnius ex decem viris, prauus exitus obtentatam virginiæ pudicitiam.*

21 *Eiuſdem Appij Claudij, eandem virginem aliomodo per interpoſitam perſonam, ſuppoſitus quidam illam accuſans, coram ipſo, illam iudicante, à virginio patre occiſam, populi motus in carcere ductus, à populo necatus, Appius eiuſque collega, vel condemnat, vel exilio, vel alijs pœnis puniti, num. 22.*

23 *Reſpublica Athenienſis, dùm recta fuit à Pericle Alcibiadra,*

H Thra-

Digitized by Google

Thraſibulo, Temiſtocle, & aliјs, eorumque conſilio, ſemper floruit, Statutis autem triginta Rectoribus à Lyſandro, ob illorum tyrannidem in peius diruta, & illi deleti, & prælio fuſi.

24 *Entia rectè gubernari deſiderant.*

25 *Per vnum ſit recta gubernatio.*

26 *A DEO vno Mundus creatus, & regitur.*

30 *Phalaris Syciliæ Tyrannus pulchrè dixit, quòd Populus omnis temerarius eſt, demens, deſidioſus, promptiſſimus in quocunque contingerit mutare ſententiam, perfidus, incertus, velox, proditor, fraudulentus, voce tantùm vtilis, & ad iram, & laudem facilis.*

31 *Cicero inquit nihil eſſe vulgo incertiùs, nihil obſcuriùs hominum voluntate.*

32 *Rex noſter quanti magnifaciendus ſit, Author dicit ipſum inſufficientem eſſe, verùm, quid de illo dixerit, ad Commentarios de Regis Catholici præſtantia lectores dirigit.*

33 *Maieſtas illius Regis tùm quòad Auſtriacam familiam, tùm etiam ad familiam Gothorum, & Luſitaniæ Regum ex Genealogijs impreſſis, dicatis Catholico olim Regi Philippo III. & Margaritæ Auſtriacæ illius vxori dicatis apparet. num. 34.*

37 *Auſtriaca familia durauit, prout nunc durat excedens Monarchias Caldeorum, Medorum, Perſarum, Macedonum, Aſſyriorum, Aegyptiorum, & Romanorum per enumerationem annarum.*

36 *Familia Gothorum, & Luſitaniæ Regum Philippi Secundi materna durauit vſque modò per tres mille ferè annos.*

37 *Familia Auſtriaca, à quibus prouenerit? Opiniones aliquorum dicentium, proueniſſe à quibuſdam Perleonibus, ab Authore reprobata, & à Franconiæ Regibus illam proueniſſe, pluribus authoritatibus comprobatur, nu. 38.*

39 *Reges Hiſpaniæ ab omnibus Principibus Chriſtianis venerãtur, ſed etiam à Principibus Barbaris, ob timorẽ, & formidinem, & illorum qualitatem, & timentur, & venerantur, nu. 40.*

41 *Reges Hiſpani omnia Regna Hiſpaniæ à Barbarorũ, & Maurorum*

Digitized by Google

rorum manibus illa eripuerũt, vnde Catholici, & Religioſiſſimi vocati fuere. nu. 42. 90.

43 Religio virtus eſt per quam homines DEO venerationem, & cultum exhibent.

44 Religio quid eſt? ſecundùm Diuum Bonauenturam.

45 Catholici, & religioſiſſimi titulum, non ſibi arrogarunt Reges Hiſpaniæ, ſed à tertio Concilio Toletano illis tributum. num. 72. 74. 97.

46 Leouigildus Hiſpaniæ Rex Arrianæ Sectæ infectus.

47 Herminigildus eiuſdem Leouigildi filius, quia contra Arrij Sectã patri contrarius erat pater illum aſperrimo carceri poſuit, & catenis ferreis acriter eundem carceri tenuit.

48 Herminigildus die Sanctiſſimo Reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI à patre Leouigildo, miſſo Speculatore, ſecuri, inciſo collo, in eodem carcere necari iuſſit.

49 Dum martyrium ſuſtinuit Herminigildus, in carcere viſa ſunt lumina, & auditi cantus Angelici in exalanda illius anima.

50 Sancta Romana Eccleſia diem vndecimam celebrat dicti Sancti Herminigildi Martyris feſtiuitatem.

51 Mortuo Leouigildo Rege patre, ſucceſſit illi filius Reccharedus Catholicus, qui mores paternos ſequutus non fuit.

52 Reccharedi Regis opus colligendi Concilium Tertium Toletanum, pro eliminanda Arrij hæreſi.

53 Congregatio apud Toletum in Templo Sanctæ Leocadiæ Patribus in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti præſidentibus Metropolitanis Mauſona Emeritenſi, Euphemio Tarraconenſi, Leandro Hiſpalenſi Migetio, Narbonenſi, & Panthardo Braccharenſi Archiepiſcopis, & alijs prælatis, fuit Concilium conſtitutum, nu. 54.

55 Pulchra aſſertio Rechareadi Regis in Concilio, qua confirmabat ſuã doctrinam contra Arrium.

56 Reccharedus Rex in Concilio Toletano librum protulit, in quo in ſcriptis ſuam confeſſionem protulit ipſum Catholicam fidem tenuiſſe, & tenere contra Arrium, & tenere Canones Sanctorum quatuor Conciliorum Generalium. nu. 57.

58 Ac-

58 *Acclamatio Patrùm Concilij tertij Toletani ipſo completo, ad laudem Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

59 *Acclamatio eiuſdem, qua dixerunt* Recchared*um Regem Religioſiſſimum, Glorioſiſſimum, Piiſſimum, & verè* Catholicum.

60 *Recchare*dus *Rex, & Baſta* Regina *vxor, Concilium firmarũt, & omnes Prælati.*

61 *Concilium optando acclamauit* Rechared*o Regi æternum meritum vti viro ortodoxo.*

62 *Concilium ſimili modo dixit, cui deberetur præſens, & æterna gloria? niſi* Recchared*o* Regi *DEI amatori.*

63 *Reccharedus* Rex *patres ad Concilium duxit, ductos tenuit, habitationes, & alimenta illis, & illorum familijs exhibuit, ad ſuas Eccleſias reduxit, ſumptu omni ex regio ſuo patrimonio liberaliſſime erogato. nu. 64.*

64 *Omnes actus Sancti Concilij exhiberi, & compleri ſuis expenſis facti per Regem. nu. 65.*

65 *Epiſtola Diui Gregorij Magni Pontificis ad S. Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem, in qua lætatur de actis factis per* Reccheredũ *Regem in Concilio, & aliam ſcribit Regi. nu. 66. 67.*

68 *Religionis ſcopus DEVM reſpicit.*

69 *Religio dicitur, quia religat nos Deo Omnipotenti.*

70 *Religio ſi tollatur, nulla eſt nobis ratio cum Cęlo.*

71 *Stributus Rex Hiſpaniæ à Concilio religioſiſſimus appellatur.*

73 *Anni 1033. ſunt, quibus nomen Catholici tributum fuit Regi Hiſpaniæ anno D. N. IESV CHRISTI. 594.*

75 *Diuus Paulus Apoſtolus gratias Deo agit, quòd fides Chriſtiana annuntiatur in vniuerſo Mundo.*

76 *In anno 739. Catholici titulus, tributus fuit Alfonſo* Regi *Petri Cantabriæ Ducis filio, ac Pielagij Regis, ex Ermiſenda filia, genero. Quod Galleciam, aliaque oppida à Sarracenis recuperauerit. nu. 77. 78.*

79 *Ferdinando Regi, Ioannis II. Aragonũ Regis filio, ac Ioannis II. Caſtellæ Regis ex Iſabella filia genero fuit tributus Catholici Titulus.*

80 *Iacobi Maynoldi I. C.* Regentis *in Hiſpania apud Catholicam Maie-*

Digitized by Google

Maieſtatem, & Præſidentis Excellentiſſimi Senatus Mediolani laudes.

81 *Catholici Titulus per aliquos fidelis dicitur, quia dictio Græca eſt, tamen vniuerſalem denotat latinè loquendo, num. 82.*

83 *Præcepta Catholica vniuerſalia dicuntur apud Quintilianum.*

84 *Catholicum vniuerſale exponit Diuus Iſidorus.*

85 *Fides Catholica dicitur vniuerſalis.*

86 *Commiſſio, & mandatum Apoſtolis factum à IESV CHRISTO Domino, vt irent in vniuerſum mundum ad Prædicandum, & baptizandum omnem creaturam, nu. 87. 89.*

88 *Sancta Romana Eccleſia Catholica appellatur.*

91 *Chriſtophorus Columbus noui Orbis, Indiarum Inſularum, Maris Oceani, inuentor, Magni nominis vir, perpetuo memorabilis.*

92 *Ferdinandi, & Eliſabet Regum Catholicorum magnanimitas, quorum medio fuit facta magna ſumptus quantitas in mictendis Nauibus ad perquirendum orbem nouum, ita etiam Philippi Regis ſecundi ex materna linea, nu. 93.*

94 *Carolus Quintus Rex Hiſpaniæ, & Neapolis, ac Romanorum Imperator miſit ad nouum Orbem nauigationes medio Ferdinandi Corteſij, Ferdinandi Magagliani, Didaci Almagri, & Franciſci Bizarri.*

95 *Alexandri ſexti Summi Pontificis confirmatio acquiſitionis Maris Oceani, noui Orbis, & Inſularum Indiarum Carolo Quinto Imperatori vti Hiſpaniæ Regi, & Regi Luſitaniæ in anno, 1495. nu. 96.*

98 *Gentes decem Tribuum Iſrael, de quibus in Scriptura Sacra apparet, fuiſſe aſportatas per Salmanaſar Regem Aſſyriorum, vbi illæ ſint? quia de his ſcriptura ampliùs non meminit, num. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 110. 111.*

108 *Diuus Auguſtinus inquit, quòd non eſt prædicatum Euangelium in Orbe toto, ſed hoc facto veniet conſumatio Mundi, nu. 109.*

112 *Prædictionem noui Orbis Inſularum Indicarum, & Maris Oceani, Lutius Anneus Seneca nepos; & quid Lutius Anneus Seneca ſenior eius patruus, nu. 113. 114.*

115 *Pedonis Poetæ verſus de eiſdem Inſulis, & nouo Orbe.*

116 *Regum Hiſpaniæ magna gloria eſt acquiſitio gentium noui Orbis, & illorum deductio ad ſuſcipienda ſancta Eccleſiæ Sacramenta nu. 117.*

118 *In nouo Orbe ex Hiſtorijs patet fuiſſe aliquo die ſexaginta millia perſonas, quæ ſanctum Baptiſma receperunt ex magna prædicatione noſtrorum, nu. 119.*

120 *Author de ſupradicta decem Tribuum Hiſtoria, alibi ſcripſiſſe retulit, nu. 121.*

122 *Legationem mittere, & Legatos deputare, non ad omnes pertinet, præſertim humiles, & plebeos.*

123 *Ea, quæ de Legationibus tractata ſunt per Vlpianum, Aphricanum, Pomponium, Metianum, Scæuolam, Papinianum, Paulum, & Modeſtinum, qui in libris Pandectarum, de Legationibus, & ſimilibus ſcripſerunt, & ea quæ de ſimilibus leges ſcriptæ reperiuntur per Iuſtinianum, & alios Imperatores obliteratæ ſunt, nu. 124.*

125 *Legationes inter Summos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes Magnos, qui ſui iuris ſint, Reſpublicas Magnas, Vrbes, Ciuitates Imperiales, & Regnorum Anteſignanas vti Legatione ſolent.*

126 *Rex Hiſpaniarum eſt multorum Regnorum ſublimitate ſua Dominus, Archidux, Dux, Marchio, Comes Magnorum, ac ſublimium Dominiorum Dominus, quo nullus vnqnam Chriſtiani Orbis Princeps aſcendit.*

127 *Familia Auſtriaca ſubiimis eſt, quia habuit plures Comites, Marchiones, Duces, Archiduces, Principes, Reges, & Imperatores.*

128 *Rex Catholicus habet omnia iura imperialia ſupremo principi ſpectantia, non modò illa, quæ ſunt contenta in titulo, quæ ſint regalia, in feudis, ſed alia plura ibidem non contenta.*

129 *Rex Hiſpaniæ habet plures Academias, & Studia generalia.*

130 *Nullo humano Principi idem Rex eſt ſubditus.*

131 *Author ſcripſit octoginta quatuor prærogatiuas Regi Catholico ſpectantes,*

ſpectantes, quæ uno volumine continentur titulato, DE REGIS CATHOLICI PRÆSTANTIA. ad quas lectores remittuntur.

132 *Legatio celebrior, quæ ſcripta reperiatur, eſt illa, quam DEVS OMNIPOTENS, miſit per ANGELVM Gabrielem ad Virginem MARIAM Glorioſiſſimam, quam refert Diuus Lucas Euangeliſta, nu. 133.*

Cap. Tertium.

NOn dubium eſt, quin modo ſit agendum, ac actentè tractandum in materia Legationis, de eo, qui illam mictit, quod eſt ſecundum requiſitum à nobis, vt ſupra propoſitum. A Maieſtate PHI-
1 LIPPI QVARTI † AVSRII REGIS CATHOLICI, qui mille, ac mille fuit ſatus, Principum, Regum, & Imperatorum, pro vt poſt pauca narrabo. Hic autem cum ſit Rex, eaque regnandi, & dominandi ſpecies
2 Monarchica ſit, vni † tantum Principi competens, probata ab omnipotenti DEO, dum ipſi placuit Saul primum Regem eligere, & Oleo Sancto vngi facere à Samuele Summo Sacerdote, *vt patet lib. 1. Regum, cap. 9. & 10.* Secun-
3 dum † vero Regem fecit Dauid, vnctum ab eodem Samuele ſummo Sacerdote, *vt teſtatur de ſe ipſo idem Dauid Pſal. 8. dum inquit. inueni Dauid ſeruum meum, Oleo ſancto meo vnxi eum, & lib. Regum, 1. cap. 16. lib. 2. Regum, cap. 10. lib. 1. Paralip.*
4 *cap. 11. & 14.* † Tertium vero Regem Salomonem, Dauidis filium, ſimili modo inunctum Oleo ſancto per Nathan Prophetam, & Sadoch Sacerdotem, *vt ſcriptum eſt lib. 3. Re-*
5 *gum cap. 1. & 5 lib. 1. Paralipom. cap. 29.* † Qartto creatus eſt Rex Hazahel ſuper Syriam, & Iehu filius Namſi in Regem
6 Iſrael, *vti habetur lib. 3. Regum, cap. 19.* † deſinam ſcribere de Rege Ioade, & de Rege Ioiade filio Ioſiæ, de quibus, &

alijs

alijs latè habetur in ſacra Hiſtoria. Sufficit enim,quod di-
7 cit *Salomon.prouerb.cap.8. per me Reges regnant* † *& legum conditores iuſta decernunt*. Placitum DEI iſtud fuiſſe, per multos annos demonſtrauit, cum Patriarchæ Iacob prædixerit,
8 quòd ex † lumbis eius Reges egrederentur, *vt ſcriptum Geneſis cap 35.* At Moyſem monuit, eſt de fratrum ſuorum,
9 non de gente alterius Regem faceret † vt habetur *Deuterono. cap.17. quod & Anna ſoror Moyſis, & Aaron, dum inquit, Do-*
10 *minus iudicabit fines Terræ, & dabit Imperium* † *Regi ſuo, vt patet lib.1.Regum cap.2.* Quæ authoritates ſufficerent ad pro-
11 bandum, quòd Regia dignitas, omniſque † alia poteſtas à DEO ſit, & per miſſa. Et iſtud dixit Paulus Apoſtolus ad *Romanos cap.10.* Inter profanas autem dignitates,cum Mo-
12 narchia † ſit melior, atque ad Regna, & populos regendos aptior, & vtilior, prout dixi in Commentarijs de REGIS CATHOLICI PRÆSTANTIA, cap.3. Omittendo Oly-
13 garchiam † quæ eſt dominatio paucorum, Areſtocratiam,
14 quæ eſt dominatio optimarum † Democratiam, quæ re-
15 ſpicit dominatum multorum. Demarchiam, † quæ eſt dominatio popularium. Quæ plura dominationum genera, puta paucorum, multorum, optimarum, aut popularium, Ciuitates Vrbes populos,prouincias, & Regna euer-
16 terunt. Exempla † cuilibet inſpicere volenti demonſtrant, Rerumpublicarum potentiſſimarum totius Orbis diminutiones, aut ad nihilum ductiones, aut totales illarum extinctiones, vt Athenienſium, Lacedemoniorum, Carthaginenſium, Megarenſium, Syracuſanorum, Thebanorum, Tarentinorum, Sybaritarum, Piſanorum, Argentinenſium, Suitenſium, Lindauiorum, Vranniorum, Tugiorum, Vnderualdorum, Glarenſium, Bernatum, & Tigurinorum, atque aliarum ex Heluetijs, partim extinctarum, partim deuaſtatarum, & diminutarum. Sed quid alia-
17 rum † Rerumpublicarum, defectus, excidiu, & exinanitiones commemoro? quando Vrbium Vrbs, ac totius ferè
18 Orbis Domina † Roma, dum totius finem Mundi domi-

natus

Digitized by Google

natus, multis, diuerſis tempotibus ſeditiones, & calamitates ſuſtinuit, quando Monarchico, non eſt vſa dominandi Imperio, ſed vel multorum, aut paucorum, vel optimatum, vel nobiliorum, aut populariurn, aut plebæorum conſilio, in deterius ducta fuit. Exemplum peſſimum ex illa ferè à principio apparuit, quia dum decem vir os illa conſtituiſſet, ac illis ſine prouocatione poteſtatem tribuiſſet. Illi cęperunt omnia eorum arbitratu, non violentibus † ſo-
19 lũ actibus, ſed nimia, & arroganti ſuperbia, ac immanitate gerere, noctæ, dieque cõgregationes malas facientes, ſocietatibus, ac turbis iuuenum patritiorũ præſertim, ſed plæbeis vnitis comitati per Vrbem vagantes, ad praua facinora
20 peruenerunt, ità vt Appius Claudius † illorum decẽ vnus, Virginiæ virginis virginij filiæ inſano amore percitus, pecunia prius illam corrumpere adortus, quæ ſuam honeſtatis, & caſtitatis famã defendens, intrepidè illum reijci fecit. Sed ille alio peiori medio ſuæ intentioni ſatisfecere credens, aliud inſtituit, nam ſubornauit ſuum quendam Clien-
21 tem, qui coram eodem vti iudice † compareret, & puellam accuſaret, & inſeruitutem adigeret, itaque ductam illam coram Appio videns, Virginius pater veniam petens, vt poſſet, ac liceret filiæ vltima verba dicere. Accepto autem per Virginium à lanio quodam cultro. Hoc vno (inquit) nido, filia in libertatem te vendico, ac deinde, cultro puellæ pectus transfigit. Et demum ad tribunal Apiciens. Te (inquit) Appi, tuumque caput, ſanguine hoc conſecro. Qua facti nouitate motus, magnaque ira, & dolore populus, Appius Claudius in carcerem ductus, ibique necatus, alioſque collegas Magiſtratu abdicare coegit, & ex illis, alij
22 exilij pœna, alij morte mulctati † fuere docuerunt hæc *Liuius lib. 3. Eutropius rerum* Romanorum *lib. 1. cap. 12. Valerius Maximus, lib. 6. cap. 1. Plinius iunior de viris illuſtribus, cap. 21. Lucius Florus, de geſtis.* Romanorum *lib. 12. Carolus Siganius, Honofrius Panuinius, Andreas Eborenſis, & alij,* Athenienſis
23 Reſpublica † admodum florens fuit, dum vixerunt, Peri-

Digitized by Google

cles, Alcibiades, Thraſibulus, Themiſtocles, Ariſticles, & alij, quorum Conſilio, tanquam Ducum, & Principum vtebantur, verum tamen cum Lyſander illis triginta rectores pro optimo Regendi genere ſtatuiſſet, qui cum regimen ad Tyrannidem conuertiſſent; tandem coacta fuit Reſpublica, & Athenienſis populus nam illos deleuit, ac prælio fudit, *vt eſt author Plutarchus in Lyſãdro, & in Alcibiade*. Regalis itaque, de qua agimus gubernatio, aliarum omnium adminiſtrationem antecellit, & ſuperat, ac omnium probabilior
24 iudicatur. Ratio ipſa † in promptu redditur, quia entia omnia rectè gubernari deſiderant, quæ gubernatio per Principatuum pluralitatẽ fieri minime iudicio ob innatam in vnoque contradicendi voluntatẽ. Idcirco per vnum re-
25 cta fit gubernatio † vt dicit *Ariſtoteles lib. 12. Metaphyſ. 56. in princip.* Nam quemadmodum, in principio diximus, ab vno. DEO optimo maximo Mundus creatus extitit, & ſi-
26 militer † ab vno creatore gubernatur, & regitur vti omnes concludunt Regalem dominatum, & Monarchiam cunctos regnandi modos excedere, & gubernari per vnum,
27 quàm per plures † melius eſſe cenſuit *Bald. in l. quibus, col. 2. verſic. pone conſuetudo, C. de ſecundis nuptijs, Andr. Barbat. in conſil. 18. vol. 2. Anton. Corſet. in tract. de poteſt. & Excell. Regia, p. 4. q. 71. nu. 35. Andr. Tiraq. in tract. de nobilitat. cap. fin. nu. 155. Io. Cephal. in conſ. 31. nu. 2. & 23. vol. p. Ludouic. Carbon. de legib. lib. 1. cap. 6. & Antonin. Florentin. in ſumma part. 4. titul. 5. cap. 4. §. 4. & de his dixi in dicto lib. de* Regis *Catholici præſtantia, cap.* 3. quo in loco quam plura tradidi Hiſtoriarum exempla ex quibus apparent nonnullàrum Ciuitaium, Vrbium,
28 Prouinciarum, rerum † publicarum, populorum, ac Regnorum intentiones, deletiones, & extinctiones, & Caſtra, Turres, ædificia, meniaque deleta, & ſolo æquata, quibus concinit, quod dixit Ouidius in Heroidit,

Iam ſeges eſt vbi Trina fuit,

Hæc omnia mala Principium, medium, & finem, vt plurimum habuerunt ex multitudine maiorum, atque optima-

tum,

29 tum, ſiue plebeiorum, & humilium, † aut populorum cum quo ſit vulgi commixtio, in qua diuerſa ſit nobilium, & plebis diſſenſio, illorum tamen ſocietas, nunquam optimam, vel perfectam operatur communionem. Vndè quàm optimè inquit, *Phalaris in epiſtola ad Egiſippum, Ego igitur, & quicunque non omnino ſtultus fuerit, mallem, vt incerta me multitudo ſibilis, quàm honoribus me proſequeretur. Et poſtmodum ſub-*
30 *ſequitur dicens. Populus omnis † temerarius eſt, demens, deſidioſus, promtiſſimus in quocunque contingerit mutare ſententiam, perfidus, incertus, velox, proditor, fraudulentus, voce tantum vtilis, & ad iram, & laudem facilis. Hinc inquit Virgilius lib. 1. Æneidos*

Sæuitq; animis ignobile vulgus
Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

concludit itaque optimè *Cicero in oratione pro L. Murena,*
31 Dum † inquit, nihil eſt enim vulgo incertius, nihil obſcurius hominum voluntate.

32 Rex noſter itaque, qui hanc † Legationem deſtinauit, quanti magni faciendus ſit, non mei muneris eſt explicare, cum nec ſufficienter id facere valeam, quia ſatis dictum à me fuerit pro viribus, dum commentatios edidi de Catholici Regis Præſtantia, qui cum impreſſi plures anni ſint in Vrbe Mediolani, & in publicum emiſſi, Hos credo pro nunc ſufficere. Maieſtas illius qualis ſit, quoad Auſtria-
33 cam † familiam paternam, & maternam, iam ex Auſtriacorum Principum generatione ducta eſt, quorum generoſitatem, ac magnitudinem per mille, & quingentos annos, ſine interpoſitione aliqua per rectam, & continuatam lineam, cum Epitome latino geſtorum per eoſdem Principes, cumque clariſſime illam docuerim per GENEALOGIAM AVSTRIACAM, quam impreſſam dicaui PHI-
34 LIPPO REGI CATHOLICO † TERTIO, & maternam PHILIPPI Secundi Regis Catholiciæ GENEALOGIAM GOTHORVM, & LVSITANIÆ Regum, quam dicaui Sereniſſimæ MARGARITÆ AVSTRIÆ REGINÆ,

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem Philippi Tertij coniugi,quorum anima in cœlum
aſcendiſſe credendum eſt, ob ſummam Regalium morum,
& virtutum integritatem , in quibus Hiſtorijs appatet lon-
giſſima Series, Principum, Regum, & Imperatorum, adeo
quod, gloriari admodum poteſt hæc ſplendidiſſima,& emi-
nentiſſima Auſtriacorum familia , quòd nobilitatis ſupre-
mæ Regiæ, & Maieſtatis Imperialis fulgentiſſimo ſplendo-
re, longitudine ſeculorum , eo tempore , quo dictæ Genea-
35 logiæ Typis data fuerunt, ſuperabant omnes † Mundi Mo-
narchias hoc modo ſcilicet,

Caldæorum per annos	*56.*
Mediorum per annos	*959.*
Perſarum per annos	*1055.Menſes,9.*
Macedonum per annos	*1055.Menſes 4.*
Syriorum per annos	*1026.*
Ægyptiorum per annos	*1034.*
Romanorum per annos	*880.*

Tantoque tempore Auſtriacorum familia nunquam eſt in-
terrupta, ſed in dictis alijs Monarchijs , & vnaquæque ipſa-
rum diuerſas habuit aliarum familiarum Principes .

Eodem modo concludendum eſt , quinimmo longiori
temporum, & ſeculorum curriculo de materna Philippi ſe-
cundi familia , quam productam ſcimus ad annos ferè tres
36 mille, & plus, de qua fuſius † ſcripſere Ablauius, Dio, Ior-
nandes , Agathias , Guido Rauennas, Flauius Blondus, Ra-
phael Velaterranus,Procopius,Leonardus Aretinus,Æneas
Siluius, Albertus Crantius, Pandolphus Collenucius, Mar-
tinus Cromerus, Alphonſus Cartagena, Rodericus Toleta-
nus,Lucius Marincus,Ioannes Magnus,Hieronymus Fran-
chi Conneſtagius, locos, in quibus allegaui authores, qui
iſta dixerunt, hoc in loco non referam , quia videri poſſunt
in loco, vbi illos allegaui in dicta Genealogia Reginæ Mar-
garitæ dedicata, & in eoſdem libro Commentariorum de
REGIS CATHOLICI PRÆSTANTIA, *cap.4. nu. 121.*
122.& per totum .

Digitized by Google

Quo vero ad originem, & ſeriem familiæ Auſtriacæ, non
37 defuerunt aliqui, qui nulla † veritate adducti, illam ex quibuſdam Perleonibus Romanis, lineam duxiſſe dicũt coniecturalem tabellãexprimi ſolitã ex opinione Raphaelis Volaterrani iam diù antiquata, quam ab omnibus refutatam dixi ex Ioanne Trithemio Abbate Spanheymenſi, Iacobo
38 † Manlio Friburgenſi, Iacobo Stabiolo, Ladiſlao Sundeimio, Ioanne Auentino, Hieronymo Gebullerio, Iacobo Spiegellio, Vuolphango Lazio, & alijs in dicto *cap.3.num.* 108. adductis, vbi ex pluribus illam confutaui, & plenius, vt dici, meo iudicio, aliud in contrarium minimè poſſit ſcripſi in Proemio dictæ Genealogiæ Auſtriacæ ad Philippum Tertium dicatæ, vbi Hiſtoriæ veritate tueor, reiecta opinione illorum, qui contrarium aſſeruerant.

Reges Hiſpaniæ, non ſolum in Chriſtiano Orbe, & apud
39 eoſdem Reges, & † Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos, magno honore, ac decore venerantur; ſed apud Reges, & Principes Barbaros, & Chriſtianæ fidei hoſtes, ob ſupre-
40 mam illorum qualitatem, ac † timorem, & formidinem, magno honore conſpiciuntur, & venerantur. *Notum enim eſt, quòd prædeceſſores Hiſpani Reges continuatis temporibus intrepido animo, & inuicto Marte, Hiſpania Regna quæſierint, & à*
41 *manibus ſimiliter Barbarorum, & † Maurorum eripuerint, non ſine bonorum, & maxima ſanguinis effuſione, vt notauit Gloſſ. in cap. Adrianus, il ſecondo 63. diſtinct. Petr. Belluga in ſpeculo Principum rubr. 6. nu. 3. rub. 14. §. veniamus vbi dixi.* Quibus ex cauſis non mirum ſi Catholici, & religioſiſſimi nomen
42 quæſierunt, & ita appellati fuere, vt ſtatim dicam, † nam DEO optimo maximo ſemper verum cultum, & venerationem exhibuere, *quod ad veram religionem pertinet, religio enim virtus eſt, per quam homines DEO venerationem, † & cultum exhibent. vt dixerunt D. Bonauentura, lib. 3. ſententiar. diſtinct. 9. artic. 1. D. Thomas de Aquino in 2.2. quæſt. 81. articu. 1. Antonin. Florent. in ſumma, part. 4. titul. 5. capit. 7. Viguerius de virtut. iuſtit. cap. 5. §. 5. verſ. ſecundo. hinc idem D. Bonauentura*

Digitized by Google

44 *in loco allegato, inquit, religionem virtutem* † *eſſe, qua colitur, quæ*
eſt ſuperioris naturæ. Religioſiſſimi autem, & Catholici no-
45 men non ſibi ipſis Reges Hiſpaniarum † arrogarunt, & tri-
buerunt, ſed ab omnium Prælatorum, & Patrum in Tertio
Generali Toletano Concilio collatum fuit, & licet hanc Hi-
ſtoriæ alibi ſtudioſè, & ampliori ſtilo ſcripſerim, non ta-
men grauabor hanc lecturam repetere, quæ ita ſe habet.
Dum in Hiſpania ex Gothorum, & Suenonum Regum
genere Rex eſſet Leouigildus, (quem aliqui Leonigildum
46 appellant) qui dum viueret, † Arrianæ ſectæ errore non
ſolum fuit infectus, ſed catholicorum omnium contrarium
aſſerentium, & contra Arrium hæreticum opinionem chri-
ſtianam tenentium, acerrimus perſequutor. Vndè non
erubuit cum Herminigildo filio, qui cum eſſet veræ chri-
ſtianæ fidei defenſor, ita vt publicè contra Arrium, & illius
opinionem ſectantes diſputare, & cum illis contendere.
47 Quo motus odio pater Herminigildum filium † captum,
fecit aſperrimo carceri includi, & ibi catenis ferreis alliga-
tum tenere, & tamdiù incluſum acerrime tractari, *donec Di-*
uino, & paterno amore dimiſſi, hic ſanctiſſima Dominica R*eſur-*
rectionis D. N. Ieſu Christi fecit in eodem carcere, miſſo † *ſpecula-*
tore, collo ſecuri amputato capite necari, quæ pœna tunc temporis
48 *fuit* † *vndecima Aprilis die illata, & in illius ſanctiſſimæ animæ*
exitu, lampades in carcere lucentiſſimæ viſæ fuere, atque dulciſſimi
Angelici cātus auditi, vndè meritis huius Sãctiſſimi ob fidē † *Chri-*
50 *ſti Martiris, eo die à ſancta Romana Eccleſia ſollemnis* † *feſtiui-*
tas celebratur, quorum meminerunt. Rodericus Archiepiſcopus
Toletanus in Hiſtoria Hiſpa. lib. 2. cap. 14. Alphonſus de Cartha-
gena in Anacephalenſi, cap. 26. Ioannes Magnus in hiſtoria Go-
thorum, & Suenonum, lib. 16. cap. 9. Ado Viennenſis chronicorum
ætate 6. anno 589. Gregorius Turonenſis, hiſtoriarum lib. 5. cap.
38. lib. 6 capit. 43. lib. 8. capit. 28. de quo in Martyrologio illius diei
vbi Dominus Cardinalis Baronius. Vita poſtmodum functo
51 Leouigildo Rege Patre, † ſucceſſit in Regnis, Reccharedus
Rex illius filius, & Herminigildi frater, qui paternos mo-

res abhorruit, nec illius fidem ſequutus eſt, ſed patita ſe fidei Catholicæ nomen habere demonſtrauit, ac ſe exhibuit, verbis, opere, & exemplis, nam ex diuerſis Hiſpaniarum,
52 & Galliæ partibus, quæ ſub eius Dominio † erant, magna, & celeri ſollicitudine adhibita ad Regalem Toletanam Vrbem Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos, vocauit, nihil illis ſcribens ad quod negotium vocarentur, aperiens, tamen ad locum deſtinatum acceſſerunt ſeptuaginta duo, parum plus, aut minus. Coram quibus ſimul ſtatutis, & congregatis, piam, & humiliſſimam Rex orationem habuit, per quam declarabat, ipſum grauiſſimum dolorem à pueritia habuiſſe, quòd ducentos circiter per annos Arrij impij, & immaniſſimi hominis hæreſis, ſecta, ac labes, magnam orbis chriſtiani partem infecerat, & iam tempus, eſſe vt illius hereſis participes, & ſectatores, purgarentur, & illius errores, abijcerent, & Catholiciſſimam ſanctæ Eccleſiæ fidem ſequerentur. Protulitque alia multa ad fidei Chriſtianæ fauorem religioſiſſimo Rege digna. Quibus Prælati magna lætitia affecti ob tam pijſſimi Regis liberam voluntatem, ad ſummum ſanctæ Eccleſiæ fauorem, moti in ſanctæ Leocadiæ templo, in nomine patris, & filij, & ſpi-
53 ritus ſancti congregati Tertium † Concilium Toletanum facientes, adhibitis Metropolitanis Mauſena Emeritenſi, Euphemio Tarraconenſi, Leandro Hiſpalenſi, Migetio Narbonenſi, & Panthardo Braccharenſi Archiepiſcopis, atque eorum ſuffraganeis, alijſque prælatis, numerum iam dictum explentibus, idem Rex coram † Concilio conſtitu-
54 tus, quod prius dixerat confirmauit, ratione, & exemplis comprobando, dicens ipſum ſuo tempore, vidiſſe † ab hijs
55 ſanctis, & prælatis Arrij fidem † perſequutoribus, cæcos fuiſſe illuminatos, egrotos, & infirmos ſanitati reſtitutos, & mortuos reſuſcitatos, aliaque notabilia, & inſignia miracula ab hijs edita, & effecta. Ab illis autem, qui Arrij fidem, & peruerſam eius traditionem receperant, & ſequuti fuerunt, & amplexati nullum horum vnquam viſum, vel auditum.

Digitized by Google

56 ditum. Hinc idem Rex librum manu ſcriptum † protulit, ac in Concilio Relegi petunt, ſuam in illo ſcriptam aſſertionem, qua ab Epiſcopis intellecta, & omnia in illo libro contenta iuxta aſſertionem voce emanatam, & confirmatam, in illo confeſſus eſt etiam tenere Catholicam fidem
57 iuxta Canones † ſanctorum quatuor Conciliorum Generalium, quæ omnia à patribus eiuſdem ſacri Concilij, fuerunt recepta, & confirmata, & in eodem Synodo multa alia geſta fuere, quæ in libris Pontificij iuris in Canones redacta ſunt ab vniuerſali ſancta Eccleſia, & illius ſummis Pontificibus confirmata, & illuſtrata fuerunt. Vndè ab vniuerſo illo concilio, vnanimi voce, acclamatum fuit ad
58 laudes † DEI optimi, maximi, & filij D.N.Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti, quod abiecta eſſet, & eliminata ab hijs Regnis, & Gothorum, & Suenonum gente Arriana perfidia.
59 Regi etiam ab eodem concilio in hac forma † ſunt acclamationes Reccharedo Regi religioſiſſimo, glorioſiſſimo, pijſſimo, & verè Catholico. Cui concilio ſe ſubſcripſit
60 idem Rex, & Bada † Regina illius coniux, & omnes Archiepiſcopi, Metropolitani, & Epiſcopi. Poſt modum patres eiuſdem concilij iterum acclamantes dicebant. Cui à
61 Deo æternum meritum? Niſi † vero Ortodoxo Reccharedo Regi? Cui præſens gloria, & æterna? niſi vero Dei
62 † amatori, Reccharedo Regi? Notabilem, atque memorabilem dicti Regis voluntatem pro ſancta Dei Eccleſia, qui vt illam, tam fœda peſte, ac labe purgaret, & nouiſſimus hoc opus tam magnum ad fidem rectam, & congruum finem deduceret, magnam exhibuit diligentiam, intentionem pijſſimam, ac magnanimitatem verè Re-
63 giam, ac † ſummam præterea liberalitatem, durante enim Concilio, ſuis ſumptibus prælatos accerſiuit, ad Vrbem duxit, illiſque ductis, & vnicuique ipſorum, ac illorum familijs ſeparata, & commoda præparauit Hoſpitia, ſumptus inſuper alimentorum, & victus, regali ex patrimonio
64 abundantiſſimè exhiberi, ac actu præſtari mandauit, † &
iuſsit,

iuſsit, & poſt abſoluto Concilio, dimiſit, ac dimiſſos ſuis
expenſis, non abſque donis, & muneribus, cum ſancta pa-
ce aſſociari ad ſuas Eccleſias, & Ciuitates procurauit. Hæc
omnia acta fuerunt anno Domini noſtri Ieſu Chriſti 594.
65 apparent,† *ex ſumma Conciliorum vol. 3. ex Gregorio Turonenſe
hiſtoriarum, lib. 9. capit. 15. Roderico Toletano chronicorum lib. 3.
capit. 11. Alphonſo de Carthagena in Anacephaleoſi cap. 25. Mi-
chaele Riccio de Regibus Hiſpaniæ lib. 1. Lucio Marineo Siculo
hiſt. Hiſpanicarum lib. 5. Ioanne Magno Archiepiſcopo Vpſa-
lenſi hiſtori. Gothorum, & Suenonum lib. 16. capit. 9. & 10. Diuo
Gregorio Magno lib. 1. epiſtol. 412. lib. 7. epiſtol. 126. qui vnam
dictarum epiſtolarum ſcribit ſancto Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi*
66 *dicens † explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum,
quòd communem filium Reccharedum Regem glorioſiſſimum Re-
gem ad Catholicam fidem integerrima agnoui deuotione conuer-
ſum. Alteram eidem Regi ſuo contemporaneo, & illi lætatur de
abolitione impietatis † Arrianæ.*

Religioſum quippe ſequitur dici debere magnum eſt,
68 religionis enim † ſcopus DEVM reſpicit, *Hinc D. Auguſti-
nus de virtute religionis lib. 10. capit. 4. religet (inquit) nos religio*
69 *vni omnipotenti Deo.* † Magnus itaque titulus datus noſtris
Hiſpaniæ Regibus, dum religioſiſsimi appellati fuere. *Si*
70 *enim religio tollatur, nulla nobis ratio † cum cœlo eſt, vt inquit La-
ctantius Firmianus diuinarum inſtitutionum lib. 3. cap. 10.* Ex
eadem linea Gothorum Suenonum Principum, ac Re-
71 gum, Siſebutus Hiſpaniæ Rex † in Concilio Toletano ap-
pellatus ſimiliter fuit, religioſiſsimus, vt apparet per capita
iuris Pontificij. *vt apparet ex cap. maiores, §. vndè ad ſeruan-
dam, ex de Baptiſmo, & in cap. de iudæis, 45. diſtinct. Ioan. Ma-
gnus de hiſtoria Gothorum, & Suenonum, lib. 16. cap. 14.*

Hiſpaniarum itaque Regem Philippum Quartum, Ca-
72 tholicum nomen † ſortitur à dicto Concilio Toletano illi
ſuo prædeceſſori conceſſum in dicto Generali Concilio in-
dicto anno 594. & ſic dum hæc ex improuiſo modico die-
73 rum ſpacio ſcribimus hoc anno 1627. † menſe Martio,

74 ſunt anni 1035. de quo Catholici titulo Hiſpanis † Regi-
bus tributo meminit *Bartholomæus de Caſſeneo in catalo. gloriæ*
mundi part. 5. conſideratione 30. & 32. Petrus Belluga in ſpeculo
Principum rubr. 14. §. veniamus, ſub num. 10. Sed notandum
erit, quod nunc ſubijcio, reuelatum Spiritu Sancto dictan-
te, pro ſucceſſu horum temporum Diuo Paulo Apoſtolo
75 dum ſcribens ad † Romanos cap. 1. Gratias (inquit) ago
Deo meo pro omnibus vobis, quia fides noſtra annuncia-
tur in vniuerſo Mundo, & ego pro his, quæ dicam, ſimili-
ter gratias ago Domino Deo meo, & toti Cœlorum ſupre-
mæ Curiæ.

Nec ſolum antiquis his Regibus datus extitit Catholici
76 titulus, ſed paſſim etiam † ſucceſſoribus Hiſpaniæ Regi-
bus, præſertim in anno 739. Catholici titulum tributum
77 fuiſſe Alphonſo primo Regi Petri Cantabriæ † Ducis filio,
ac Pelagij Regis ex Ermiſenda filia gener, quòd Galla-
78 ciam, & multa oppida à Sarracenis recuperauerit, vt † ſcri-
pſerunt Alphonſus de Carthagena Epiſcopus Burgenſis in
Anacephaleoſi Hiſpanorum Regum *cap. 47.* Michael Ric-
cius de Regibus Hiſpaniæ *lib. 2.* Rodericus Archiepiſcopus
Toletanus *lib. 4. capit. 5.* Lucius Marineus *lib. 7.* Laurentius
Anania in fabrica Mundi in Europa.

79 In anno 1477. Ferdinando † Regi, Ioannis ſecundi
Aragonum Regis filio, ac Ioannis ſecundi Caſtellæ Regis
ex Iſabella filia genero fuit idem Catholici titulus contri-
butus, ac continuatus ſemper in ſucceſſores Reges, vt ſuc-
cinte narrauit Iacobus Maynoldus Iuriſconſultus percele-
80 bris, & doctiſſimus olim Regens † in ſupremo Conſilio
Italico in Hiſpania apud Catholicam Maieſtatem Philippi
ſecundi Regis, & poſt modum Præſes in Excellentiſsimo
Senatu Mediolanenſi cuius anima in pace viuat, nandoleo
perdidiſſe amicum magnæ ſapientiæ, & amoris in amicos
amantiſſimum, & vitæ integritate conſpicuum, in eo libel-
lo, quem edidit de titulis Philippi Regis, & Ioannes Mi-
chael Brutus in hiſtoria Florentina *lib. 6.*

Catho-

Digitized by Google

Catholici autem titulus,& ſi declaretur à nonnullis,quod
81 idem ſit, ac ſi fidelis † dicatur,is,qui Catholicus appellatur,
quod tenuit *Gloſſ. in cle. 1.* vbi hoc tenuit Cardinal. ſtatu mo-
nachor. & nos quoque non reſpuimus hanc declarationem
quaſi vulgatam ſimplici modo diximus ad Bellugam *in ſpe-
culo Principum rubr. 6. in verb. fideles*. Sed altius ego hunc ti-
tulum tenui, & declaraui; nam, & ſi latini noſtri, Catholi-
82 cum, quaſi fidelem dicant, tamen cum vox iſta, & dictio
Græca ſit,& vniuerſalem tamen latine † declaratur,& ita ſi-
gnificat, quod Fabius Quintilianus apud latinos oratoriæ
artis magiſter optimè declarans, dum dicit, ipſum dixiſſe
83 ſemper ad præcepta catholica alligare † ſcilicet vniuerſalia.
Quintil *oratoriarum inſtitutionum lib. 7. cap. 1.* & in ſpecie ver-
84 bum Catholicum, vniuerſale † expoſuit Iſidorus Ethimo-
logiarum *lib. 10.* Idcirco Chriſtiana fides Catholica appel-
85 latur, id eſt vniuerſalis, quia † quam ipſa tenet, vniuerſali-
ter ab omnibus tenenda erit, ideſt diffuſa per totum orbem
terrarum teneri debet. *Cum enim IESVS CHRISTVS
Dominus Apoſtolis commiſiſſet, ac mandatum dediſſet, vt irent in
86 vniuerſum mundum, & prædicarent † Euangelium omni crea-
turæ, vt patet Matthæi cap. 10. & iterum, vt irent, & Baptiza-
87 rent omnes † gentes. Matthæi cap. vltimo. Ideo Sancta Roma-
88 na Eccleſia Catholica appellatur, tam iure Pontificio † quàm Im-
periali cap. 1. 21. quæſt. 2. cap. hæc eſt, 24. quæſt. 3. & text in extra-
uag. vnam ſanctam de maiorit. & obedien. in communibus, l. ſi quis
in hoc genus, C. de Epiſcop. & cleric. l. decernimus, C. de Epiſcop. au-
dient. l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* Iſtam vero Eccleſiæ
vniuerſalitatem CHRISTVS decreuit per ſanctos Apoſto-
los adimplendam per prædicationem, & Baptiſmum.
89 † Noſtris autem Hiſpanis Regibus per titulum Catholico-
rum, ad ipſos ſpectat illius defenſionem ſuſcipere, & tuen-
do dilatare, armis, ſi opus eſt, tuitionem proſequi, pro vt
hilari voluntate, animo, atque effectu facere conſueuerunt.
Habent Reges noſtri antiqua primordia, cum, vt diximus,
90 Hiſpaniæ Regna † à Maurorum, & Barbarorum manibus,

magna

magna ſanguinis effuſione, inuicto Marte extorſerint, fuiſſe propterea ad ſanctam Eccleſiam, vt illius gremium, & fidem addita, & aggregata, & illam vniuerſaliorem (vt ità dicam) factam fuiſſe. Quis autem negare poterit, Indiarum Inſulas, terræ firmæ, Maris Oceani acquiſitionẽ Chri-
91 ſtophori † Columbi, viri magni, & vſque ad iudicij diem memorabilis medio, mandato, authoritatè, & liberalitate Ferdinandi, & Eliſabethæ coniugum Hiſpanorum Regum
92 fuiſſe † ad Chriſtianam fidem, maiori ex parte reuerſos, & Chriſti cultum ibidem dilatatum? ſic etiam ex materna
93 Philippi ſecundi parte per Luſitanos † Reges. Quis etiam inficiabit, aut non conſiderabit, poſt Columbum, mandato Caroli quinti Imperatoris, ſupremique Hiſpaniæ Regis,
94 miſsum fuiſſe ad eaſdem nauigationes Ferdinandũ † Corteſium, & poſt eum, Ferdinandum Magaglianum, Didacũ Almagrum, & Franciſcum Bizarrum? vnde ad Philippum ſecundum peruenerunt iſtæ acquiſitiones? Quibus Regi-
95 bus meritò ab Alexandro ſexto ſummo † Romano Pontifice, horum Regum propenſos animos conſpiciente, quòd dilatarent in extremis Mũdi partibus Chriſtianæ fidei prædicationem, & illius cognitionem, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nomen dilatatum, ac propagatum, illos ſtatus, inſulas, & maria, mediante priuilegio, non modo illis acquiſitiones
96 confirmauit, ſed quatenus èſt conceſſit ſub data † quarto nonas Maij, anno Domini 1493. & Catholici titulum confirmauit. Quæ omnia plana ſunt, & per omnes hiſtoricos, longiori ſtilo, & pulchro ſcribendi ordine perpetuis ſcripturarum monumentis fuerunt tradita. *per Gaudentium Merula in Sylua Variæ Lectionis lib. 5. Petrum Meſſiam in ſua Sylua part. 4. c. 1. Petrum Cicca in hiſtoria Regni Peruti. Lucium Marineum in hiſto. Hiſpan. lib. 19. c. 18. Franciſcum Lopez in hiſto. Indica Ioan Laurentium Ananiam in fabrica mundi par. 4. Ioan. de Barros in hiſtor. Ind. Nicod. Dolion. hiſto. lib. 4. & optimè Ioan. Petrus Maffeus hiſtoria. Indicar. lib. & 8. quæ à noſtris Iuriſconſultis comprobantur Alphonſ. Aluarez in ſpeculo Romani Pontificis c. 31.*

Ioan.

Ioan.Bodin.de Republ.lib.p.c.9. Alan.Copus.dialog.6.c.9. Anaſtaſ. Germon.de ſacrorum immunita.lib.3.c.13.& 14.num.30.31.

Sed huius Catholici Titulum noſtris Regibus Spiritu
97 Sancto dictante tributum ab illo Toletano † Concilio. Nos
alio antiquiori medio comprobauimus, quia cum tractare-
98 mus, quæſtionem arduã. Vndè ortum † habuiſſent gentes
inſularum, & noui Orbis, poſtquam aſſererent, nunquam
illorum locorũ aliquas nauigatione viſas, nec vnquã aliquos
ibidem fuiſſe, nec mundi iſtius noui Regio vnquã cognitã
99 fuiſſe. Tandem † hæc noſtra reſolutio fuit. Quia anno Oleæ
Regis Iſrael nono, contra cum acceſſit Salmanaſar Aſſyrio-
rum Rex cum potentiſſimo, & numeroſiſſimo † exercitu,
& ſtatim, quaſi manu ſalua illum cępit, & captum duxit, &
decem tribus Iſrael ſimiliter cum illorũ familijs captos po-
ſuit ante ſuum exercitum, illos aſportare proponens apud
101 Aſſyrios, vt tanquam ſeruis illis vteretur, † intuitu, quòd cũ
ſoluere ſolitus eſſet annuũ tributum eidẽ Regi, & per mul-
102 tos annos defeciſſet, ac requiſitus neq; ſoluere † voluiſſet.
Cum ante ſuum exercitum illos duceret, dum prope flumẽ
Eufratis perueniſſent, viderũt Iſraelitæ, quæ Dominus Deus
altiſſimus, feciſſet ſigna in eis, & venas fluminis in ſicco ſta-
103 tuit † vſq; dum hilariter flumen ſiſtentibus aquis pertran-
ſirent, cum crederent, facturum Dominum Deum, vt illos
poſtmodum ſequentes abſorberent aquæ, vt factum fuerat
cum eorum prædeceſſoribus Pharaonis tempore. Verum
tamen cum Iſraelitæ flumen magnum, & ſpacioſum Eufra-
tis ſicco veſtigio † pertranſiſſent, & aquæ in proprium cur-
ſum ordinarium redijſſent, & Aſſyrij in anteriori parte flu-
minis remanſiſſent illuſi, ita quod habemus Iſraelitas fuiſſe
105 trãſmiſſos in extremis locis terræ in quibus nunquã † ha-
bitauit genus humauum, & ibi expectabunt nouiſſima eo-
rum, vt dicit *Scriptura Sacra in lib.4.Reg.c.17.& Eſd.lib.4.c.13.*
Quarum gentium Iſtaelitarum in extremis terrę partibus
106 traductarum, cum † de cętero in libris hiſtoriarum ſacrarũ
nulla hactenus mentio facta fuerit, & ſaltim cum centum
Theologis de hoc loquutus fuerim, diuerſimodes mihi ex

hijs audiui reſponſiones, ſed cum pluribus meam ſententiã
aperuerim, quòd gentes repertæ in nouo † orbe, & in Inſu-
lis Indiarum, ſint illæ, quæ tunc captæ fuerunt Iſraelitæ, ad
quam formandam meam opinionem ſecuriorem illã duxi
authoritate D. Auguſtini ſummi ſanctæ Eccleſiæ Doctoris,
qui in epiſtola, quam ſcribit ad Euſichium, hęc verba pro-
108 tulit. Non eſt † prædicatum (inquit) Euangelium in vni-
uerſo orbe, ſed hoc facto, veniet conſumatio mundi. Et idẽ
Auguſtinus in Epiſtola ad Donatiſtas, dicit, ſunt adhuc non
109 nullæ gentes, in quibus, † nõ dum eſt Euangelium prædi-
catum, neceſſe eſt autem adimpleri omnia, quæ de Chriſto,
& Eccleſia prædicta ſunt. *quem ſequitur D. Tho. de Aquino in*
1.2.q.106.art.4. Concluſionem itaq; validam reddo ex eo,
quòd hunc nouum orbem, Indiæ inſulas Maris Oceani, &
110 gentes ibidem repertas, eſſe ex gentibus † dictarum decem
Tribuũ vocatum à Deo, & prędictas in Scriptura Sacra à plu
ribus ſanctis prophetis, quod venirent ad ſanctam Eccleſiã,
& hãc ſic meam traditionẽ probarunt multi Theologi qui-
bus cum, vt ſupra dixi, illam comunicaui. Hoc tamen, quod
111 hanc opinionẽ, clariſſimi, † inſignibus authoritatibus præ-
ſertim ſanctorum Prophetarum, Iſaiæ Ieremiæ, Ezechielis,
Oſeæ, Sophoniæ, & aliorũ pluriũ ſupremorũ authorũ, quod
placuit Deo Domino noſtro, ẽt per ora poetarũ, id prædicere
nã noui orbis Oceani Maris, & inſularũ Indiarũ, & illorum
apertionẽ † audi L. Anneũ Seneca in Tragedia ità dicentẽ.

Veniet Annis
Secula ſeris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Tiphiſque nouos
Detegat Orbes.

113 Didicerat hæc à Luc. Anneo Seneca † ſeniore eius Patruo
in Suaſorijs, qui Auitum dicentẽ inducit, fertiles in Oceano
iacere terras vltraq; Oceanum, rurſus alia littora, aliũ naſci
orbẽ, nec vſquã naturã rerum deſinere, ſed ſemper inde vbi
deſijſſe videatur nonam exurgere. Fabianus vero Philoſo-
114 phus, ibi contradicens dixerat, vltra Oceanũ terras † non
eſſe

Digitized by Google

eſſe habitabiles. Deinde ſi eſſent perueniri tamen ad illas non poſſe. Eodem in loco inducitur Pedo Poeta † qui nauigantes Germanico Imperatore inter alia diceret.

Quo ferimur? ruit ipſa dies, orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
An ne non alio poſitas ſub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem?

Quam ob rem Hiſpanorum noſtrorum Regum Magna eſt
116 gloria, excedens vanas omnes mũdi † alias aureolas, quod vltima (vt pie credendum eſt) gentium, & populorum vocatio, ex inſulis, & orbe nouo, qua eorundem Regum medio, & induſtria, ac diligentia, acquiſitio tam magna homi-
117 num, veluti nouarum gentium, † quæ ad fidẽ vniuerſalis Eccleſiæ ſuſcipiendam, ad Sacramentorum ſanctorũ illius ſuſceptionem tot millia, quæ vix numerari potuerunt, cum
118 certo certius ſit, fuiſſe vno die ad ſexaginta † hominum millia baptizata, ita vt dici poſſit, ac debeat Reges noſtros Sacerdotes, & Sacramentorum miniſtros in illis miſſos, vt facerent ſanctorum Apoſtolorum miniſterium prædica-
119 tionis, & † baptizationis, & ibidem prælaturæ, Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus erecti, itaq; iure merito Catholici dicantur, & nouas gentes ad Chriſti Domini fidem adduxerint, Deo optimo maximo hoc opus illis permictente, & quia (credo) nemo huc vſq; ad Regum noſtrorum gratiam
120 † ità probauerit, quod ſummariè hic tantum tetigi, qui ad ſatietatem hæc videre deſiderat, videat noſtros Cõmentarios, de Regis Catholici Præſtantia, cap. 43. per totum, quia vllo diligenter viſo, lecto, & conſiderato, decretum
121 † proferet in me laudabile, ſi inuidia careat.

Quo vero ad concludendum ipſius perſonæ mictẽtis intuitu, & præſertim quoad illam, de qua ſcribimus; breuiter
122 dicendũ eſt non omnibus permicti Legationes † mictere & Legatos deputare, aut illos, de quibus in pandectis, ſiue libris digeſtorũ ſcripſere Domitius Vlpianus, Aphricanus,
123 Pomponius, † Metianus, Scæuola, Papinianus, Paulus, & Modeſtinus, qui in dictis libris egerũt de legationibus, & de

Pro-

Proconſolibus, & Legatis; ſimili modo in libris Codicis Iuſtiniani quid ipſe, alijq; Imperatores ſtatuerint, quorũ om-
124 niũ leges quãtum ad hãc materiã, penè obliteratę †fuerunt. Et ipſa Legationũ exercitatio vſui eſt inter ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes magnos ſuiq; iuris, Reſpu
125 blicas, Vrbes magnas, & Ciuitates Imperiales † & Regnorum anteſignanas. Rex autem Hiſpaniarum ſublimitate, & Eminentia ſua, multorũ Regnorũ Rex eſt, Archidux, Dux,
126 Marchio, Comes, magnorum, ac † ſublimium domiuiorũ dominus, quo nullus vnquã Chriſtiani orbis Rex, aut Princeps aſcendit, ex tam ſublimi, & eminẽtiſſima familia, vt ſu-
127 perius diximus, regnarãt Auſtria, quæ habuit † tot Comites, Marchiones, Duces, Archiduces, Principes, Reges, & Imperatores habentes oĩa iura Imperialia, † ſupremo Principi ſpectantia, nõ modo illa quæ in titulo quæ deſcripta in titul. Quæ ſint Regalia in Feudis, ſed longe maiora. Habet in ſuis Regnis Accademias, & ſtudia † generalia, Nulliq; humano
129 Principi eſt † ſubditus, longiſſima, & pęnè indicibili ſelectarum Prærogatiuarum ſerie ornatus. Sed tamen ipſarum
130 nos octoginta quatuor prærogatiuas eiuſdẽ Regis † enumerauimus, quas longo ſtilo deſcripſimus in toties allegatis Cõmentarijs de Regis Catholici præſtãtia in octoginta quatuor capita diſtinctas, à nobis magna induſtria, onere, labore, & ſumptu literis mandatas, ad quos commentarios lectores remictimus. Quibus omnibus idem Rex cunctis Romanis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibus, Rebuſpublicis, ac toti Chriſtiano orbi, fuit honore maximo, & ſumma veneratione, ac decore habitus. Quinimmo
131 etiam Barbaris, & Chriſtianæ † fidei hoſtibus admirabilis, & ob illius potentiam ab eis eſt timore, ac formidine admodum circumſpectus, ex quibus procurant omnes eorũ Legationes amabilies eſſe, ac admodum dilectas, vt abſq; dicendi põpa concludi dicendum eſt, eiuſdem Regis intuitu, eſſe Legationẽ maiorem, quæ in toto terrarum orbe michi
132 conſiderari poſſit, ſola illa Legatio excipitur, quã D. Lucas Euangeliſta cap. 1. dicit, miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in

ciui-

ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazaret ad Virginẽ deſpenſatá viro cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen
133 Virginis Maria. Ex qua Legatione noſtri tẽporis †Principatus exẽpla capiunt mictẽdarum, & recipiendarum Legationum, quia iſtius Legationis magni ſtilo, excedens omnes humanas conſiderationes, reſpectu DEI qui miſit, altiſſima eſt, & omni humana Legatione, inſignor.

ARGVMENTVM.
Cap. IV.

DON Ferdinandus Aluarez Toletus, Marchio Villæ nouæ Regni Nauarræ Magnus Comeſtabulus. Nomina prædeceſſorum qua ex cauſa imponi ſoleant? Legati, & apud Africa nos, & alios poni ſolent maiore, & nobiliores. Aetates Magiſtratuum diſtinctæ poſitæ erant apud Romanos. Quomodo ætates apud ſcriptores diſtinguantur, & intelligantur? Legati quibus modis eligi debeant? Decora facie, Generoſa Prole, eloquentes, ſapientes, non mendaces, ſed veridici, morum elegantia clari, quomodo mores percipiantur. Fideles eſſe debent. Marchionum dignitas, quæ fuerit, quæue hodie ſit? Nauarræ Regnum, quando apud Reges Gothos. Hiſpanos ſteterit? Quando apud Ferdinandum Regem Catholicum venerit, quo iure, & eidem Regi quis illum dederit? Ioannis Allebreſi olim Nauarræ Regis facinora, quibus Regno priuatus?

SVMMARIVM.

1 *Don Ferdinandus Aluarez Toletus Marchio Villæ Nouæ, Regni Nauarræ Magnus Comeſtabulus, nu. 6. 9.*

2 *Nomina imponuntur prædeceſſorum, non ſolum pro conſeruanda illorum memoria, ſed ex alijs ſecundum Platonem in Atlante.*

3 *Nomina prædeceſſorum pulchra, non ſolum familias, ſed Ciuitates honeſtant.*

4 *Don Antonius Aluarez Toletus Dux Albæ, pluribus titulis ornatus, aurei velleris eques Prorex Regni Neapolitani, Princeps omnium virtutum laude digniſſimus.*

5 *Authoris ſumma Deciſionum totius Chriſtiani Orbis, tomus tertius.*

6 *Deus vocat nobiliſſimos Principes multitudinis Iſrael per Tribus, & cognationes ſuas.*

7 *Moyſes fecit Tribunos, & Magiſtratus viros ſapientes, & nobiles Principes Iſraelitas.*

8 *Legati apud Africanos fiunt, maiores natu, nobiles amplis aſſueti honoribus.*

9 *Legatus per Regem deſtinatus ætatis triginta trium circiter annorum.*

10 *Romani diſtincta ætata Magiſtratum poſuere.*

11 *Ætatum lex apud Romanos facta à L. Villio Tribuno plebis.*

12 *Ætatem faciunt aliqui tripartitam, puta puerilem, ſtatus, diminutionis, & ſenilis, num. 13. 14.*

15 *Ætas ſecundum Pitagoram, Varronem, & alios.*

16 *Viri grauiſſimi Legatos deſtinare ſolent, non tamen pueros, vel in adoleſcentiæ principio conſtitutos.*

17 *Iulius Cæſar à Romanis Legatus ad Nicomedem Bithiniæ Regem in adoleſcentia deſtinatus.*

18 *Iulius Cæſar Gallias bello quæſiuit populo Romano.*

19 *Verſus à Militibus decantati in Triumpho Cæſaris.*

20 *Milites in cantu, facinus Nicomedis, & Cæſaris gloriam explanabant.*

Digitized by Google

planabant.

21 *Moyſes dum à Deo deputabatur Legatus ad Pharaonem AEgypti Regem, ſe humiliabat, dicens, & qu is ſum Ego, vt vadam ad Pharaonem?*

22 *Ieremias dicebat, A, a, a,* Domine *DEVS ecce neſcio loqui.*

23 *Legatus à Rege electus de Generoſa, & illuſtri Proſapia illum literarnm, ac ſtudiorum exercitio verſatum, & ſapientum, & doctiſſimorum virorum, & Principum conſuetudine vſum. num. 26. 28. natiua corporis pulchritudo. ſub num. 37.*

24 *Dauid Deo dicebat, quòd loquebatur de teſtimonijs ſuis in conſpectu Regum, & non confundebatur.*

25 *Eloquentia ſine ſapientia gladius acutus in manu furioſi.*

27 *Archangelus Gabriel miſſus à Deo ad Beatiſſimam Virginem, Fortitudo, & Potentia interpratatur.*

28 *Viros intelligentes loqui, & audire ipſum, quærebat Iob.*

29 *Ioſeph Patriarcha, conſilium dedit Pharaoni Regi, vt eligeret virum ſapientem, vt induſtrium, & illum AEgypto præficiat.*

30 *Scipionem Africanum maiorem, oris pulchritudine, & corporis forma conſpicuum fuiſſe, Hiſtorici narrant.*

31 *IESVS CHRISTVS ſpecioſus forma præ filijs hominum.*

32 *Ageſilaus Lacedemoniorum Princeps, claudus, non rectus corpore, ac turpi faciæ, ſed ſumma animi virtute, atque magnifica, omnes corporis defectus ſuperauit.*

33 *Philopomenes Acheorum Dux, & Princeps, cum eſſet, turpi facie, notandum, quid de ſeipſo dixerit.*

34 *Pulchritudo vultus, & faciei venuſtas, mentis, & animi partes deſignat.*

35 *Dignitas, authoritas; & Maieſtas quædam iudicibus neceſſaria, vt à ciuibus ei reuerentia deferatur.*

36 *Ioſeph Patriarcha, erat pulchra facie, & decorus aſpectu.*

37 *In M. Croſſo erat corporis dignitas, ſermonis elegantia, & in fronte, & vultu hilaritas, quibus cunctos ad ſe amandum alliciebat.*

38 *Legati à Rege electi morum gratia, ita vt ſicut hon ore ordinis ſuperat*

perat ita uorum virtute tranſcendat, uxta Diui Gregorij Magni dictum.

39 *Moralis ſcientiæ auditor benè inſtitutus eſſe debet.*

40 *Moralis vir dicitur ille, qui mores ſuos ipſe exornat.*

41 *Moralis virtutis pars perfectior eſt, ſi appetitus rationè regule ſua.*

42 *Mores hominum fallaces ad ſeruile commerciam ſeruiunt, ſed è conuerſo, mores optimi ad commercium nobilium, & virorum grauium.*

43 *Mores ſunt via, vel ad inferos, vel ad ſuperos.*
Oraculum Apollinis Delphici, interrogatum, quis ex Philoſophis meliora ſcripſerit, reſpondiſſe dicunt, Socratem, quia moralia docuerat.

44 *Maiores, medij, & minores magiſtratus, poſiti in ſupremo gradu, actu, vel actione, non poſſunt ſemper ore, pateface.e, & docere eorum intentionem, quia non conueniat, vel alia cauſa, nituntur tamen aliquando actis exorioribus demonſtrare.*

45 *Mores percipiuntur plerumque actibus exterioribus, etiam ex vſu veſtium.*

46 *Incompoſitus, impudicus, & inconueniens veſtium vſus, & ornatus omni tempore, & vbique improbatus.*

47 *Apud Romanos erant diuerſæ veſtium ſpecies, ſcilicet regales, Augurales, conſulares, ſenatoriæ, latus clauus, Paludamentum, ac aliæ.*

48 *Meretrices & impudicæ, quibus veſtibus vtuntur Neapoli.*

49 *Alexander ſeuerus Imperator optimus tentauit facere legem veſtiatiam.*

50 *In Repnblica benè ordinata fiunt pro re veſtiaria prouiſiones.*

51 *Procedendum eſt fide non ficta, ex ſententia Diui Pauli.*

52 *Simulator ore decipit amicum ſuum.*

53 *Dilectio debet eſſe ſine ſimulatione.*

54 *Loquenda eſt cum proximo veritas.*

55 *Seruiendum eſt Domino in veritate.*

56 *Lingua falſa veritatem non amat.*

57 *Veritas in quibuſcunque humanis actibus, ſed præſertim in ſcientia,*

Digitized by Google

tia, prudentia, mente, ſapientia, & exiſtimatione conſiſtit.

58 *Ciuitates tunc præcipitantur, quando inter ſe ipſos ciues mentiuntur, & ſuperiores, ac magiſtratus non formidant.*

59 *Diabolus primus mendacij inuentor, & ideo omnes dæmones perpetui noſtri inimici, cum ficto mendacio, Euam noſtram communem omnium matrem in Paradiſo deceperit.*

60 *Vltra Diabolum inimici perpetui noſtri ſunt, mundana proſperitas, falſa fœlicitas, quæ ſunt veræ felicitatis impedimenta.*

61 *Nuntius impij cadet, in malum, legatus autem fidelis ſanitas.*

62 *Vſus niuium, qui ſit æſtatis tempore inbibitione, damnat Seneca.*

63 *Vir fidelis laudabilis eſt.*

64 *Feudi baſis fidelitatis iuramentum.*

65 *Feudum à fidelitate dicitur.*

66 *Marchiones erant limitum Imperialium cuſtodes.*

67 *Marchiones erant ſunt anni 826.*

68 *Marchiones ob excellentiam dignitatis in Italia creati fuere, vt Ateſtinus, Ferrarienſis, Taruiſinus, Mantuanus, Veronenſis, & alij.*

69 *Don Ferdinandus Toletus eſt Magnus Regni Nauarræ Comeſtabulus.*

70 *Nauarræ Regnum, Vaſconum antea vocabatur.*

71 *Hennecus Ariſta Rex Nauarræ ex Gothorum Regum genere in anno Domini 912.*

72 *A Ramyro Sancij maioris filio Rege Nauarræ, ſtetit Regnum in Familia per decem, & octo Reges vſque ad annum. 1479.*

73 *Ferdinandus, & Eliſabetha Reges Catholici poſt Ioannem Allebretum Regem poſſident Nauarræ Regnum iure licito num. 74.80.*

74 *Ioannis Allebreti Regis Nauarræ ſcelera, præſertim contra Eccleſiam, & Summum Pontificem, quibus ex cauſis Regno priuatus.*

75 *Iulius Secundus Pontifex Maximus Allebretum Regno priuauit,*

P *& Re-*

Digitized by Google

& Regi Ferdinando illud conceſſit, qui bellica virtute illud poſtea ſibi quæſiuit 76.

76 *Ioannes Lopez acquiſitionem Regni commentario tuetur.*

77 *Martinus Azpilcueta Nauarrus, & Ioannes Bodinus, acquiſitionem cauillantur contra quos author ſcripſit num. 78.*

79 *Comeſtabili dignitas in quibus conſiſtat.*

81 *Don Philippus Columna Dux Tagliacotij*, Regni *Neapolis Magnus Comeſtabulus.*

82 *Donna Ioanna Auſtria, Sereniſſimi Don Ioaunis Auſtriæ filia Princeps Buteræ in Sicilia.*

83 *Don Ioannes Auſtrius Princeps paci, & bello magnus.*

Cap. Quartum.

MOdo dicendum erit de perſona, quæ mictitur pro Legato, quo ſtante, etiam ex hoc capite Legatio iſta magna dicitur, & eximia, ac perpetuo memorabilis, is autem, quem Rex ad illud munus elegit, eſt, Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Don Ferdinan-
1 dus † Aluarez Toletus, Marchio Villæ nouæ, Regni Nauarræ Magnus Comeſtabulus. Quoad familiam, & nomen, dico ſolum, quod in eo continuatum fuit nomen prædeceſſorum ſuorum; Nam ipſorum hominum conſeruata eſt
2 memoria, & in ſimul † ipſa illorum facta, non autem deleta ipſa facta, vel negligentiæ data, quia ſic Montanorum mos, & ignari ſolent non nobiles, vt aduertit Plato in Atlante. Nomina enim prædeceſſorum pulchra non modo fa-
3 milias, ſed & ciuitates † honeſtant, vt dicit Franciſcus Patritius *de Republica lib. 6. cap. 7.* Ex eadem Illuſtriſſima Familia, ſimulque ſplendidiſsima è qua ipſe Legatus ortum ducit, plures ſupremi Paci, & Bello Principes notabiles extiterunt, de quibus ſcripſi publica ſcriptura nonnulla in

liminari

liminari epiſtola, quam dicaui ad Illuſtriſſimum, & Ex-
4 cellentiſſimum † Dominum Don Antonium Aluarez To-
letum Ducem Aluæ, pluribus titulis ornatum, Aurei Vel-
leris Equitem, in hoc Regno Neapolitano Proregem, Prin-
cipem, cunctis virtutum laudibus digniſſimum, ac proxi-
mis diebus ab Vrbe Venetiarum expectamus tomum ter-
5 tium ſummæ deciſionum totius † Chriſtiani Orbis, in quo
epiſtola continetur, quæ aliquas dictæ familiæ Hiſtorias
refert. Ideo hanc rem ibi ſatis enucleatam omiċtimus.
Nobilitas enim, ac ſplendor ſupremi huius Legati à poten-
tiſſimo Rege miſſi, licet ex ſeipſa ſplendeſcat, DEO ta-
men placuit dum nominat filios Iſrael, dicit illos. Hi no-
6 biliſſimi † Principes multitudinis per Tribus, & cognatio-
nes ſuas. Numeri cap. p. eodem modo loquutus eſt Moy-
ſes eiſdē filijs Iſrael dicens, Tulique de Tribubus veſtris vi-
7 ros † Sapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes, Tri-
bunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & Decanos,
qui docerent vos ſingula. vt habetur *Deutero. cap. 1. & quem-
admodum Moyſes dicit ſe creaſſe ex illis Magiſtratus nobiles, eo-
dem modo Saluſtius de Bello iugurtino inquit. Legantur in Afri-
8 ca maiores natu nobiles amplis vſi honoribus.* † Cum clariſſi-
mo Familiæ lumine hic Legatus electus, coniunctam ha-
9 bet, congruam triginta trium circiter † annorum ætatem,
iuuentuteque fulcitur, quæ inter adoleſcentiam, & virilita-
tem conſtituta, florentem repræſentat perſonam. Roma-
10 ni etenim cunctis Magiſtratibus diſtinctam conſtituerunt
ætatem. Nam Quæſturæ annus vigeſimus ſeptimus erat.
Tribunatus trigeſimus. Ædilitatis trigeſimus ſeptimus.
Præturæ quadrageſimus. Conſulatus quadrageſimus ter-
tius. *vt docuerunt Cicero Philippica 4. Polybius Hiſtoriar. lib. 6.
Aymarus* Riuallius *Hiſtoria iuris ciuilis lib. 2. Vdalricus zaſi &
11 Hotomanus in lege*. Villia à quo autem lex † ætatum facta
fuerit? à L. Villio Tribuno plæbis. Verum tamen homi-
num ætatem quadripartitam aliqui fecerunt. Puerilem,
12 ſiue † incrementi ad annos vſque triginta. Status vſque
ad

ad annos triginta quinque vel quadraginta. Diminutionis
13 vſque † ad quinquaginta. Senilem vltimi, cum diſtinctio-
14 nes, † ac ſubſtantia. *vt fuit opinio Alberti Magni de anima-
libus lib. 12. cap. 5. & in lib. de iuuentute, & ſenectute tract. 1. cap. 6.*
Sed pueriliѕ ætatis ſunt, quos ipſa enutrit, hique ſcribendi, legendique certa induſtria, eorum, quæ apud ſapientes Poetas habentur, ac diligens perſcrutatio, Geometria, oratoriæ facultatis meditatio, & vniuerſa liberalis muſica. Iuuenilis autem, & virilis ætas iam meliores perfectioreſq; prudentiæ plantæ fortitudinis, temperantiæ, iuſtitiæ, omniſque virtutis exiſtunt, *vt dicit Philo Iudæus in lib. de agricultura*. In Iſta Legatione Regia in iſtius Legati perſona conueniens ætas eſt, non ſolum ex allegata authorum tra-
15 ditione, ſed hijs, quæ nos ex † Pytagora, Varrone, Ari-
ſtotele, Marſilio Ficino, Andrea Tiraquello, & alijs, quos nos allegauimus in Neanomologia. cap. 5. vbi nos ſupradictos induximus authores. A nimia enim pueritia, aut
16 adoleſcentiæ principio, cautius † Grauiſſimi Principes, Le-
gatos deſtinare ſolent, quia Romanorum Reſpublica, cum
17 Cæſarem illa ætate ad Nicomedam † Bithiniæ Regem mi-
ſiſſet, quando curſu temporum, Galliam tot annis ſummaui, domando viciſſet, ac bellicis † artibus Reipublicæ ſubdidiſſet, & Romani ſollemnem bellorũ, & victoriæ triumphum in illius gratiam, agerent, milites iocando publicè cantabant, vt Suetonius Tranquillus in illius vita narrans,
19 & † iocoſe dicebant

Gallias Cæſar ſubegit,
Nicomedes Cæſarem.
Ecce Cæſar nunc Triumphat,
Qui ſubegi Gallias,
Nicomedes non Triumphat,
Qui ſubegit Cæſarem.

Quaſi Nicomedes vellet Romanos arguere, quòd adoleſcentem illi Legatum deſtinaſſent, quamquam ipſe ſuo ſeruitio denigraſſet. Verum tamen milites, dum † canendo

hæc

hæc exprimebant, Nicomedis facinus, & Cæſaris gloriam celebrarunt.

Sciens autem Rex Catholicus, quòd cum Deus omnipotens vellet Iſraeliticum populum ab Ægyptiorum ſeruitute liberare, & intenderet Moyſem Legatum ad Pharaonem Ægypti Regem mittere, ille Domino replicauerit. *Et quis*
21 *ſum* † *Ego, vt vadam ad Pharaonem, vt habetur Exodi cap. 3. & illud Ieremiæ cap. 1. dicentis A, a, a, Domine DEVS, ecce ne-*
22 *ſcio loqui, quia* † *puer Ego ſum*. Idcirco hanc (more ſummorum Regum) Principem elegit, ex qua diximus, Generoſa, ac Illuſtri, florenti Proſapia editum, Eruditione, ſuo tempore, literarum, ſtudiorumque verſatum, ac ſub do-
23 ctrina † ſapientum virorum, eruditum, ac doctiſſimorum hominum, ac Principum conſuetudine vſum. *Hinc poteſt*
24 *illud Dauid Pſalm. 118. aſſererere, cum diceret, Et loquebar* † *de teſtimonijs tuis in conſpectu* Regum, *& non confundebar*. Abſtinent autem iſti Regis, eligere ad hæc ſuprema Legationum munera viros, qui ſolam dicendi, ac loquendi arte funguntur, *cum ex dicto Marſilij Ficini in Gorgiam Platonis,*
25 *conſtet, eloquentiam ſolam, ſine ſapientia* † *eſſe gladium acutum in manu furioſi*. Hic autem Legatus à Rege conſtitutus, ad illius intentionem, & ſecreta commiſſa aperienda, & ad loquendum coram Pontifice maximo, optimè factum,
26 dum ſapientem, & † eloquentem deputauit, qui magnarum rerum, & negotiorum moles tracturus, in promptu, ſua ſcientia, ſapientia, & dicendi arte, coniunctis, cum eloquentiæ lepore, & dulcedine, reſponderet. Exemplum à ſuperis capiens, quando miſſus à DEO fuit Archangelus Gabriel, qui (vt Diuus Gregorius in Homilia ait) fortitu-
27 do, & potentia † interpratatur, qui à DEO non alius, vel homo electus, ad tractandum tam, altum, & ſublime miſterium cum Beatiſſima ſemper virgine Maria, vt ex illius Diuinæ electionis iudicio cognoſceretur miſſi Legati potentiam, & fortitudinem ſignificari Dominum DEVM virtutum, & potentem in Prælio. Rex Catholicus, vti per

Digitized by Google

gratiam Diuinam potentiſſimus, & mirabilis fortitudinis,
& potentiæ inter terrenos Principes, deputauit, virum
28 hunc † Legatum, omnis ſapientiæ, eloquentiæ, & virtutum,
genere præſtantem, qui ingenio, doctrina, & exercitatio-
ne polleret, *documentum profert Iob cap. 34. dum ait, viri in-
telligentes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me.* Conſilium
illud præterea adimpleuit Rex, quod dederat Pharaoni
Ægyptiorum Regi, Ioſephus Iacob Patriarchæ filius, dum
inquit, *Geneſis capit. 41. Nunc ergo prouideat Rex virum ſa-
29 pientem, & induſtriam † & præficiat eum terræ Ægypti.* Talem
elegit Rex virum grauiſſimum, nec enim decens eſt, vt à
tali ſublimi domo Regia aliquem deputari voluiſſe, qui
omni ex parte non fuiſſet huic Magno muneri ſufficiens
præpoſitus.

Omni corporis macula carentem Rex elegit, eleganti,
pulchra, & decora facie, & iſtud notabile, & commenda-
30 bile eſt. *Oris pulchritudine, & totius corporis † forma conſpi-
31 cuum, læta, & hilari fronte Scipionem fuiſſe ſcribit Plutarchus in
eius vita.* Notatur quod Chriſtus Dominus, ſpecioſus eſ-
ſet † præ filijs hominum. *Hinc benè cecinit Dauid Pſalm. 44.
Specie tua, & pulchritudine tua proſperè procede, & Regna.* Sic
è conuerſo, Ageſilaus Lacedemoniorum Princeps cum
32 eſſet Claudus, corpore non † rectus, ac turpi facie aliquando
deriſum, niſi ſumma animi virtute, atque magnifica, om-
nes corporis defectus ſuperaſſet. *vt narrant Plutarchus, &
Xenofon in eius vita.* Pulchram narrabo Hiſtoriam. Quæ-
33 dam nobilis perſona Megarenſis inuitauit † Philopome-
nem Acheorum Ducem, ac Principem, accepto ab vxore
nuncio de futuro aduentu viri cum illo Principe, dum illa
parat neceſſaria pro illius Principis receptione abſente viro
& nimis tumultuaretur, interim, vir, & Princeps Mega-
ram acceſſerunt, & primus illorum Princeps domum illius
eſſet ingreſſus, & in inferiori domus parte vxor nobilis illius
exiſteret, quo in loco Princeps ingreditur, antecurſorem il-
lum orauit, vt pro aduentu Ducis, alicui operi auxiliarem

manum

manum apponeret. Ille ſtatim abiecta clamide, cæpit ligna findere, ſuperueniens tamen illius vir, dicit, quid eſt hoc quod agis Philopomene? Et quid eſt, quod ego ago (inquit) Philopomenes, niſi, quòd fœdæ ſpeciei meæ, pendo pœnas. *vt de his meminit Plutarchus in Philopomenes. Quam benè Aurelius Caſſiodorus variarum lib. 2. cap. 6.* Reſpicite (in-
34 quit) iuuenem formæ † gratiam, mentis pulchritudine plus placentem, refert facie ſanguinis decus, proditur animi natura per vultum, & ſerenitate corporis, nubila quoq; mentis abſtergitur. *Et dignitas, authoritas, & maieſtas quædam iudicibus, & magiſtratibus neceſſaria eſt, vt eis à ciuibus reuerentia deferatur, vt inquit Alphonſus Toſtatus. in Numer. cap. 11. quæſt. 19. Hinc notat Scriptura Sacra, quòd Ioſeph Pa-*
36 *triarcha erat pulchra facie, & decorus aſpectu † Geneſis capit. 39.* At ſcribit Plutarchus in Marco Craſſo. Quòd in illo erat
37 corporis dignitas, ſermonis † Elegantia, tum fronti hilaritas quædam, facile ad ſe amandum homines alliciens. Concludem eſt, quod, cum in hoc Legato ſit honeſta, & ſatis decora corporis forma, & venuſtas. Vndè optimæ indolis, & modeſtorum morum ſuorum exempla inſurgunt. Ideo deformitas è contrario mali animi præſagium refert, vt de Zoilo dicit Martialis, lib. 12. Epigramatũ dum inquit.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas zoile ſi bonus es.

Nec obſeruamus in perſonam illius natiuam formæ, & corporis pulchritudinem à Deo ſibi conceſſam, ſed in illo videmus ſummam ſpectabilium morum elegantiam, & vitæ integritatem, ex cuius actibus videmus, omnes, qui cum eo ſemel aliquid tractauerint ſtatim remanere in eum omnĩ nexu deſiderij, & amoris ad illi perpetuo inſeruiendum. Idcirco Diuus Gregorius Magnus in paſtorali par. 2. cap. 3. dicit quoad omnes Rectores; Nec inter malos tantummodo, quæ recta ſunt faciat, ſed bene operantes ſubditos, ſicut
38 honore ordinis ſuperat, ità etiam † morum virtute tranſcendat. Moralis enim ſcientiæ Auditor benè inſtitutus

eſſe

39 eſſe debet, vt † dicit Ariſtoteles Moralium Nichomachio-
40 rum lib. 1. cap. 4. *Moralis enim vir dicitur is, qui mores † ſuos ipſe exornat. vt dicit Ammonius in Porphirium, cap. 1.* Cum enim in illo ſecundum rationem reguletur appetitus, hæc
41 dicitur Moralis virtutis pars perfectior † ſecundum *Diuum Thomam de Aquino lib. 2. ethicor. lectione,* 4. Conſiderandum tamen eſt, quòd quemadmodum mores hominum fallaces ad ſeruile commercium ſeruiunt, eodem pacto mores opti-
42 mi ad nobilium, & virorum Grauium. vt dicit Philo Iudæus in libro de creatione Principis. *Et ideo Mores ſunt via, vel ad inferos, vel ad ſuperos. vt dicit Marſilius Ficinus in Theologiam Platonis lib. 8. cap. 10.* Cum igitur Cicero docuerit, omnem virtutis laudem in actione conſiſtere. Et poſt omnes Philoſophos, interrogatum fuiſſe vanum Apol-
43 linis oraculum Delphicum, quis illorum † meliora ſcripſerit? Illum reſpondiſſe dicunt, Socratem meliora dixiſſe, quia Moralia docuerat. *Quod Pauſanias in Actiacis retulit.* In hac optimorum morum Regula, plerumque ex his, quæ foris emictuntur cognoſci oportet, hi enim, qui muneribus funguntur, & Magiſtratus minores, medij, vel maio-
44 res, † in ſupremo actu, gradu, vel actione conſtituti, internas illorum, & cuius cunque ipſorum animi virtutes, non poſſunt ſemper ore patefacere, & docere, aut quia id fieri minime conueniat, factis tamen ob occurrentes actiones, per exempla, ac mores illud demonſtrare nituntur. Et ex acti-
45 bus exterioribus, etiam † illi notandi ſunt, qui ex ornamento, & veſtium vſu naſcuntur, mores percipiuntur, animiq; ſecreta at arcana iudicantur. Incompoſitus enim, Impu-
46 dicus, & inconueniens veſtium † ornatus, omni tempore, & vbique improbatur. *prout ſcripſere Cyprianus, Ambroſius, & Auguſtinus.* Apud Romanos, Patritij, Conſules, Senatores, & alij, diuerſas habebant veſtes, & pro reueſtiaria,
48 habebant † veſtes Regales, Augurales, conſulares, ſenatorias, latusclauos, paludamenta, & alias, quas omicto. Hoc vnũ in iſto Neapolitano Regno, dignum prouiſione, & ani-

maduerſione

Digitized by Google

maduerſione Regia dignum foret. Nimius eſt enim ve-
ſtium luxus, maximè apud viles, plebæios, & humiles, qui
veſtiri non deſinunt, vt pares videantur viris grauiſſimis,
& Principibus. Verum tamen Illuſtres, famoſiq; viri, Prin-
cipes, & Matronæ à conuenienti illorũ veſtiendi gradu nõ
diſcedũt. Quãq̃ viderim, & videã ſæpius, & cotidie mulieres
48 impudicas, & meretrices † ornatas ſericis veſtibus, ita vt
fortè maior ſit ornamentum auri, & argenti, quam ſit tota
veſtis. Fuit tamen multorum Principum Maximorum in-
tentio lege cauere, vt aliqua plebi permiſcerentur, quæ ma-
49 ioribus, & nobilitati conueniunt. Nàm, & † Alexander Se-
uerus, tàm optimus Imperator veſtium diuerſitates, ſecun-
dum diuerſitatem hominum, ſuo tẽpore facere ſtatuerat.
Verum Domitius, Vlpianus, alijque prudẽtes Iuriſconſulti,
quos ſecum ſemper habebat, vti legem ad ſeruandum diffi-
cilem, ipſi diſſuaſerunt. Sed vt videmus, & diximus, antequã
Populus Romanus transferret poteſtatem in vnum Princi-
pem, erant quædam veſtium diuerſitates, & in Republicis
50 † benè ordinatis ſunt ſimiles prouiſiones præſertim Vene-
tijs. Cura tamen iſta ſpectat ad Regnorum, & Populorum
Gubernatores, qui debent ad rectam viuendi regulam ſub-
ditos dirigere.

Equitem inſuper elegit mẽdacij oſorem, & veritatis amicum,
*penes, quem non ſunt verba mendacia, vel ficta, & ſimulata, cum
Paulus Apoſtolus in Epiſt. 1. ad Timotheum cap. 1. dicat procedẽ-*
51 *dum † fide non ficta. Nàm vt dicit Salomon prouerb. cap. 11. ſimu-*
52 *lator ore decipit amicum † ſuum. Quia vt dicit Apoſtolus ad Ro-
manos cap. 12. dilectio debet eſſe ſine ſimulatione † vnde Zaccha-
rias cap. 8. Nolite (inquit) timere, hæc ſunt verba, quæ facientis loqui
mini veritatem vnuſquiſque cum † proximo ſuo veritatem, &
iudicium pacis iudicata in portis veſtris, & iuramentum mendax
ne diligatis.* Subiungens. Veritatem tantum, pacemque diligi-
53 te, & Tobias cap. 14. inquit † ſeruite Dominum in veritate.
Quod veritatem elegerat lætatur Dauid pſalm. 118. lingua
54 enim falſa eſt, quæ † veritatem non amat, iuxta ſententiam

Digitized by Google

Salomonis prouerbiorum cap.26. Veritatis namque conſideratio neceſſaria eſt in quibuſcunq; humanis actionibus,
57 de quibus in negotijs grauibus † agendum eſt, ſcilicet in ſcientia, prudentia, mente, & exiſtimatione, vt docet Ariſtoteles magnorum moralium lib. 1. c. 33. Tunc autem in Ciuitatibus calamitates ingrediuntur, ac illas præcipitant, quan-
58 do ciues inter ſeipſos mentiuntur † nec Superiores, aut Magiſtratus formidant. Mendaces, quos euitare debemus, ſunt
59 illi, qui ſunt perpetui, vt † eſt Diabolus, ipſe enim primus mendacij inuentor fuit, dùm Euam communem omnium matrem in Paradiſo mẽdacio propoſito decepit, vt habetur Geneſis cap. 3. Alij verò mendaces inimici, vltra diabolum, ſeù demones, ſunt mundana proſperitas, & falſa felicitas, quę
60 ſunt veræ felicitatis impedimenta † vt inquit Marſilius Ficinus lib. 3. Epiſtolarum. Sed cum noſtri Supremi Principes, & illorum maiores miniſtri, ne nominari coram eis mendacia permittant, illud pro ſcopo dicendum erit, apud illos omnibus in negotijs veritatem coli.

Quemadmodum cunctis in actis fides ſincera, & illeſa requiritur, benè, ac optimè ſancta canit Eccleſia, fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore, tritici menſuram. Seruauit igitur Rex noſter, & illud expendit, quod notat Salomon prouerbiorũ cap. 13. dicens, Nuntius impij cadet † in malum, Legatus autem fidelis, ſanitas, in diebus Meſſium ob immenſos calores nix eſt gratiſſima, proùt illa vtimur pręſertim in hoc Regno
61 Neapolitano, licet hanc in bibendo ad inuentionem † damnauerit Seneca in libris naturalium quæſtionum. Sed Salomon prouerbior. cap. 25. optimè dixerit, ſicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eũ, animam ipſius requieſcere facit in dicto cap. 25. & ideo idem Salomon in
63 eodem loco inquit, quod vir fidelis eſt † laudabilis. Et inter hos Reges, ac Principes adeo exiſtimatur hæc qualitas, & obſeruatur fidelitatis qualitas, quod omnes feudalęs inueſtituræ, & feudalia dona à Regibus, Principibus, & feudorum

Domi-

Dominis,à quibue illa fiunt,& conceduntur ſub iuramento
64 fidelitatis,quæ cum † ſint baſes,& fundaměta illius,vt exin-
65 de feudum † à fidelitate dicatur, *vt latè dixi in aliquibus ope-
ribus noſtris,vt in lib.de Regis Catholici præſtanti cap.64 nu.155
cum ſeqq. & in ſumma Deciſionum totius Chriſtiani orbis tit.34.
n.252.253.254.333 tomo 1.& alibi dicam,Deo auſpice.* Vndè
cum antiquiores Hiſpaniarum Reges, in omnibus graui-
bus ſucceſſibus iſtorum Principum Toletorum, ſinceriſſi-
ma,& incorrupta fide,ſint vſi,quieſcere nequiuerunt, quin
in hac ſollemniſſima occaſione,illorum opere,& adiutorio
vterentur.

Don Ferdinandus Aluarez Toletus Marchio Villæ nouæ, hic
Legatus iſto ornatus eſt titulo,qui cum eſſet ad Pontificem
Maximum deſtinatus, conueniēs erat aliquam priuatā per-
ſonam, titulo aliquo dignitatis non habentem non deputa-
ri, ſed honoratam, dignitatis † encomio, vt hac dignitatis
nobiliſſima Marchionatus tituli dignitate fulgeret. Volunt
66 Scriptores aliqui,Marchiones dictos fuiſſe,† qui tutelā Im-
perialium limitum,tenerent,& illorum cuſtodes eſſeut,idq;
fuiſſe Henrici Imperatores tempore in Anno Domini 920
vt ſcribit Albertus Crantius in Vuandalia lib.3.cap.16. vel po-
tius Caroli Magni tempore,qui fuit Anno Domini circiter
67 801. eſſetque Marchionatus † dignitas ſunt anni 826. de
qua tituli dignitate,quod tùnc temporis eſſet,*ita loquitur An-
nonius Hiſtoriarum lib.4.cap.116.* Vbi Aquiſgranum conue-
niſſet,totius penè Saxoniæ,Comites cum Marchionibus.Si-
ue autem is fuerit Marchionū vſus,vt dicerentur Marchia-
rum, ſiuè limitum præfatorum cuſtodes, de quo alibi dico.
Nihilominus ob dignitatis, & honoris prærogatiuam, & ex-
68 cellentiam,Marchiones præſertim † in Italia creati fuere, vt
de Ateſtino, Ferrarienſi, Taruiſino,Mantuano,Veronenſi,
& alijs,qui habuerunt iura, quæ habet Imperator in Impe-
rio,*de quibus ſcribit Bald.in c.1.quæ ſint regal. in feudis, Raphael
Comenſis in conſil.118. incip. viſo Inſtrumento col.2.& in conſil.
161 incip.A.Miles,Albert.Brun.in conſil.45.nu.18.19. Aym.*

Craueti.

Digitized by Google

Crauett.in conſil.135. nu.2. Cardin.Paris.in conſil.69. nu.2. 3. vol.1.Nicol.Mozzius q.8.nn.15.Nicol.Intrigliol de feudis q.8. nu.102.103. 104. part.1 & quæ nos dicemus in Commentarijs de Feudis, & Titulis dignitatum.

Alio inſignitur fulgentiſſimo dignitatis titulo hic ſupremus à
69 Rege legatus, nempè eſt, magnus Regni Nauarræ † Come-
70 ſtabulus Nauarræ Regnum, Vaſconum † antea vocabatur.
Regibus noſtris quæſitum fuit, vt ſtatim dicam, optimo Iu-
71 re. Antea in Anno 912. Hennecus, cognomento † Ariſta, ex
Gothorum Regum ſerie, illud poſſidebat. Poſtquem vſque
ad annum 1017. per alios quatuor Reges vſque ad Ramy-
rum Sancij Maioris filium, & ab eo continuatum fuit per
decem† & octo Reges vſque ad annum 1479 quoſucceſſe-
runt Ferdinandus, & Eliſabetha Reges Catholici coniuges,
iuſtoq; titulo illud quæſierunt, & poſt Ioannem Allebretũ
73 dictum Regnum † poſſiderunt, & illorum Reges Hiſpani
illud iure poſſident, ad quod iure hæreditario tranſmiſerũt.
Allebretus enim ſua culpa illo priuatus, quia cum Ludoui-
74 co Galliæ Rege † vnitus contra Sanctam vniuerſalem Ro-
manam Eccleſiam bellum inſtituebant, contra Summum
Pontificem ſe ipſum opponebat, Pontificis monitiones de-
ludebat, illi nõ obedieri. Quinimmo cum eodem Ludouico
Rege, Concilium cum quinque Cardinalibus ſuæ nationis
illorum fauore confiſi abſque voluntate Summi Pontificis
eorum propria authoritate moliebantur, Italiam deuaſtare
comminati, vt pluribus in locis feceerũt, non obtemperan-
tes iuſtis Pontificis monitionibus, cenſuras, & præcepta Ec-
cleſiaſtica, & excommunicationes contemnens, & alia ſce-
lera commictens, *de quibus Antonius Nebriſſenſis de bello Na-
uarrienſi lib.2.cap.2.& poſt Pandolſum Collenucium in Hiſtoria
Neapolitana Mambrinus Roſeus lib.1.vol.2. qui tradiderunt à*
75 *Iulio Secundo Pontifice † Maximo fuiſſe eiſdem Regibus Hiſpa-
niæ nominatis factam illius Regni conceſſionem, legitimo, & optimo
Iure etiam in foro animæ, vt ſcribit Ioſephus Angles Florum Theo
logalium quæſtionum tit. de reſtitutione ex bello concluſ. 7. part. 2.*

& in

& è noſtris Iacobus Maynoldus de titulis Philippi Regis, Anaſtaſius Germonius de Sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 13. nu. 41. & audiui, & allegatum vidi Ioannem † Lopez de Palatios Rubios de acquiſitione Regni Nauarræ, quem librum nunquam vidi, ſed ex eius ſcriptis ad repetitionem c. per veſtras de donat. int. vir. & vxor. ex quorum operum excellentia, arbitror etiam in hac cauſa Regni Nauarræ doctè proceſſiſſe. Hoc tamen aduertendũ, quod duo authores, ex quibus ego viderim, calumniari videntur hanc acquiſitionem à Regibus Hiſpaniæ factam,
77 *Martinus † Nauarrus Azpilcuet. in libello de finibus humanorum actuum, & Ioannes Bodinus de Republica lib. 1. cap. 9.* Sed tamẽ idem Regnum à noſtris Hiſpaniæ Regibus poſſideri, *ad plenum ſcripſi in Commentarijs de Regis Catholici præſtantia ca. 46.*
78 *nu. 99. vſque ad nu. 124. quibus congruas † reſponſiones tradidi.* In cuius Regni bello, ac legitima acquiſitione, cum proceres iſti de Familia Toletorum admodum laborauerint, Reges Hiſpani, Ducatum Hueſque, ac dignitatem Magni Comeſtabili eiuſdem Regni, aliaſque dignitates, & prærogatiuas Principibus eiuſdem Illuſtriſſimę Familiæ conceſſerunt.

Comeſtabuli dignitas magna eſt, nam omnium ferè ſcriptorũ concluſio illa eſt, ad illum pertinere ea, quæ ad ordinarias
79 exercitus, & bellorum † inſtitutiones, & exercitationes ſpectant, ac neceſſaria videantur, ordinare, & fieri iubere. Hinc bellorum tempore Comeſtabulus mandat, vbi Caſtra figenda ſint, vbi locanda tentoria, cuſtodiæ ſtabiliendæ, excubiæ equitum, & peditum, vti dixerunt Gulielmus Budæus *in Annotationibus ad Pandectas in l. fin. ff. de Senatorib. Bartholomæus de Caſſaneo in Catalogo Gloriæ Mundi part. 6. concluſ. 10. & Marinus Freccia de ſubfeudis Baronum lib. 1. titul. de officio Magni Comeſtabuli n. 19. 20.* vnde totius belli gerendi neruus in illius dignitatis exercitio reſidet. Abſente enim Principe, ille cũctis belli dignitatibus, ac belli Officialibus, Tribunis, Capitaneis, & Miniſtris ordinat, iubet, ac præſidet. Hinc Rex
80 Ferdinandus vti Rex ſcientiſſimus bellorum, & pacis † huic Toletorum Familiæ, quæſito Regno, illis de Familia, hanc

S bellicæ

bellicæ dignitatis gratiam contulit,atq; illos inueſtiuit,quo-
rum arte,fortiſudine,operatione,& medio Regnum quę ſie
rat, in quos ab illo tempore vſque modo, Catholici Reges
continuarunt, 'actenta ſeruitiorum præſtitorum, aç regiæ
gratitudinis, ſollemni memoria. Eodem modo in hoc Re-
gno Neapolitano Magnum Regni Comeſtabulũ habemus
Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Don Phi-
lippum Columna Tagliacotij Ducem Patrem Generi Illu-
81 ſtriſſimæ † & Excellensiſſimæ Dominæ Donnæ Ioannæ de
82 Auſtria Principis† Buteræ in Regno Siciliæ,filiæ Sereniſſi-
83 mi Domini D.†Ioannis de Auſtria, Principis nunquam ſa-
tis laudati, ſupremi, & bellorum, & pacis Magiſtri, de quo
alia dixi in Hiſtoria Latina Genealogiæ Auſtriacæ.Hæc Co
meſtabili dignitas ſublimis illa eſt, & dùm florens erat Ro-
mana Reſpubli,Hiſtorici, non apertè narrant, & vt ego re-
ſoluam,apud illos duæ erant Supremi Magiſtratus dignita-
84 tes, Dictator, erat vnus † Magiſter Equitum alter, & quem
admodum ſine prouocatione erat Dictator in Iure dicũdo
tempore pacis,eodem modo Magiſter Equitum belli tem-
pore,quem nos Comeſtabulum lingua Italica vocamus,la-
tinè Magiſtrum Equitum dicimus. Et iſtæ duæ dignitates
eodem tempore pro bello, & pace à Populo creabantur, &
85 primus † Dictator fuit T.Largianus. Et Magiſter Equitum
Sp. Caſſius, vt ſcripſit, & retulit Liuius Hiſtoriarum lib. 2. quo
86 in loco, dicit, quod inſimul † & eodem tempore ambo à
Populo eligebantur.

ARGVMENTVM.
Cap. V.

REgni Nauarræ Magnus Comeſtabulus Don Ferdinandus Aluarez Toletus Marchio Villæ nouæ. Nauarra quomodo prius appellabatur? Sereniſſimæ Reipubli-

cæ

Digitized by Google

cæ Gennenſis,Nobilitatis, & Populi officia honoris eidem Legato exhibita.Nauigationum maritimarum pericula. Caietæ, Puteolis,& Neapoli,à quibus viſitatus,lętitię, & gaudij, quæ acta fuerint facta, viſitationes,lancearum,& haſtarum curſus,torneamenta,ferarum beſtiarum exhibitiones,ludi,quibus ſuadetur, gratia virtutum, exhibitio. Neapolis antiquitas, Regni Capud, Accademiæ,& Studia Græcarũ,& Latinarum, qui graues Authores ad ea Studia fuerint?Plurima Sanctorum,& Sanctarum corpora,& reliquię infinitę propemodũ Eccleſię, Monaſteria Religionum, & Monaſteria Virginum, optimè gubernatarum è Nobilitate,& Populo.

S V M M A R I V M.

1 *Don Ferdinandus Aluarez Toletus Marchio Villæ noua, Regni Nauarræ Magnus Comeſtabulus, Legatus ad Summum Pontificem Regis Catholici.*

2 *Don Petrus Toletus Marchio Manzeræ, Regens digniſſimus Magnæ Curiæ Vicariæ.*

3 *Reipublicæ Genuæ Sereniſſimæ, & illius Populi officia modeſtia quoad viſitationem Magni Comeſtabuli Nauarræ.*

4 *Hector Rauaſcherius Princeps Satriani, Dux Cardinalis, & Nagiſter Equitum, ſiuè Feneralis Equitatus Sereniſſimæ Reipublicæ deſcendens ex antiquis Louaniæ Comitibus nu.5.*

6 *E Ciuitate Genuæ Comeſtabulus venit ad Ciuitatem Caietæ, & ab ea ad Ciuitatem Puteulorum, vbi ab itinere quietem fecit num.7.13.*

& Na:

8 *Nauigationis maritimæ pericula ex* Iuuenale.

9 *Nautæ, nec inter viuos, nec inter mortuos, numerantur.*

10 *Dominus miſit magnum ventum in mari, & fuit facta tempeſtas in mari nu. 11.*

12 *Ieſus Chriſtus Dominus dum eſſet magna tempeſtas in mari, & timerent Apoſtoli, ne mergerentur, mandauit vento, vt taceret, & mari, vt obmuteſceret, & ſtatim fuit facta tranquillitas.*

13 *Don Ferdinandus Regis Legatus, in Ciuitate Puteulorum ſtatim à multitudine Magnatum, ac Nobilium, ac Officialium, Equitantium, & cum carrucis, & quadrigis ab Vrbe Neapolis fuit cordiali amoris affectu viſitatus, & veniens Neapolim, maiori concurſu viſus.*

14 *Dominus Legatus in Palatio Regio, in quo reſidet Illluſtriſ. & Excellentiſſ. Dom. D. Antonius Aluarez Toletus Dux Aluæ Velleris Aurei Eques, ac in Regno Neapolis Regis Locumtenens, & Prorex, pater, fuit receptus fuerunt etiam inter ipſos paterni amoris, & filialis obſequij exempla notabilia, & nobiliſſima nu. 15. 16.*

17 *Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. D. Franciſcus Boncompagnus S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Neapolitanus, acceſſit ad palatium regium ad demonſtranda obſequij, & honoris officia num. 18.*

18 *Eiuſdem Domini Cardinalis virtutes.*

19 *Dignitatis titulo honorati, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobilitates, & Populi ad exhibendam eidem Legato reuerentiam, acceſſerunt.*

20 *Magiſtratus, & Officiales maiores, acceſſerunt ad illũ uenerandũ.*

21 *Fuluius Conſtantius I.C. Marchio Corleti Regens Collat. Conſ.*

22 *Carolus Tapia I. C. Marchio Belmontis Regens Conſ. Collater.*

23 *Don Ioannes Henriquez I. C. Collateralis Conſilij Regens.*

24 *D. dacus Lopez I.C.* Regens *Collateralis Conſilij.*

Dicti Regen. I. C. doctiſſimi, natalium, & virtutũ ſplendore fulgẽtes

25 *Ioannes Angelus Barrilius I. C. doctiſſimus Dux Cayuani Regni Neapolitani Secretarius regius, de cuius Familia loquitur Franciſcus Petrarcha in Poematibus latinis.*

26 *D. Petrus Iordanus Vrſinus I. C. eximius Sacri Conſilij Præſidens, & Prothonotarius.*

Digitized by Google

27 Don Bernardinus Montaluus I.C. inſignis, Marchio S. Iuliani, olim Regens Collateralis Conſilij, modo Magni Camerarij, in Regia Camera Summariæ locumtenens.

28 Iudices capitalium, & ciuilium cauſarum Magnæ Curiæ Vicariæ obſequium ſeruarunt eidem Domino legato, cum quibus author acceſſit, cum ſuis collegis prima Rota, ſiue claſſis nu. 29.

29 Franciſcus S C. excellẽs Regius Magnæ Curiæ Perceptor omnium pecuniarum ad Regiam Curiam ſpectantium ex Tribunali criminali, & ciuili.

30 Matronæ ſupremæ Titulatæ, coniugatæ, & Domicellæ, Nobiles, viris præſentibus, & alijs coniunctis, præſentibus etiã Excellẽtiſſimis Prorege, Legato, Principibus, & alijs Titulatis ſumma honeſtate, ac modeſtia; choreas duxerunt nu. 31. 32.

33 Imperatores per ſuas leges, publicas lætitias fieri mandarunt.

34 Philippus Secundus Rex Catholicus Abolitionem delinquentibus ob victoriam in Turcas obtentam.

35 Don Ioannes Auſtrius, fœdere inhibito inter Summum Pontificem, Philippum Secundum Regem, & Venetiarum Rempublicam, Generalis exiſtens, ſummam notabilem, & inauditam victoriam reportauit.

36 Inter Pontifices Maximos, & Reges noſtros catholicos eſſe pacẽ, & quidẽ negotiorum, & mutuã conſuetudinẽ oẽs cõgratulantur.

37 Dauid cum Inſtrumentis Muſicis ſaltauit ante Dominum.

38 Maria Prophetiſſa ſoror Moſis, & Aaron, cum alijs mulieribus, cum tympanis, & choris pulſando cantabant nu. 39.

40 Quando Dauid reuerſus eſt Hieruſalẽ percuſſo Philiſtheo ab vniuerſis Vrbibus egreſſæ ſunt mulieres cantantes, chorosque ducentes præcinentes in tympanis lætitiæ, & ſiſtris, ludentes.

41 Dauid mandauit Principibus Leuitarum, vt dum portaretur arca Domini ad locum ſuum conſtituerent Cantores in organis muſicis, nablis, & lyris, & reſonarent in Excelſis ſonitus lætitiæ.

42 Deus eduxit populũ ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia.

43 Holoferne Principe occiſo, Populus collegit omnia ſpolia Aſſyriorum, conſiſtentia in auro, argento, veſtibus gemmis, & omni ſupellectile, donauit Iudith, & omnes gaudebant cum mulieribus,

Digitized by Google

Virginibus, iuuenibus, in organis, & cytharis.

44 *In Templo Salomonis erant cantores cum Inſtrumentis Muſicis, tubis, cymbalis, organis, concinentes, & voce ſublimiter tollentes, vt longe ſonitus audirentur.*

Ioannes Baptiſta Valenzuela, Velaſquez I.C. omniſcius Regẽs in Conſilio Italico apud Catholicam Maieſtatem in Hiſpania.

45 *Viri Magnates Neapolitani torneamenta, exercuerunt, & equis currentibus pulchrè ornati lanceas, & haſtas magna equitandi arte ruperunt num. 46.*

47 *Henricus Valeſius II. Chriſtianiſſimus Rex Galliæ torneamenta ſumma dexteritate cum exerceret in felici caſu, magno totius Chriſtianitatis dolore perijt.*

48 *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.*

49 *Ludi, qui virtutis cauſa exercentur, permiſſi ſunt.*

50 *Ludi bellorum ad honeſta ex cauſa inuenti, malitia hominum ad iniquum traxit compendium, num. 51.*

52 *Ludi aliqui quare ab Imperatoribus permiſſi fuerunt?*

53 *Ludi optimi, & liberales ſunt, qui nullũ virtuti præiudiciũ faciũt, ſed iocunditatem facienti inferunt, ac videntibus.*

54 *Neroni Imperatori magno, turpique vitio vertitur, quod perſonatus publicè tragedias cantauit.*

55 *Don Tiberius Carafa Biſiniani Princeps laudatur, quod in publico ludo feras exhibuit, coram Prorege, Legato, Nobilitate, & Populo Neapolitano, & quæ feræ fuerunt: num 56.*

57 *Varius Heliogabalus Imperator in Carruca, quam Tygrides trahebant per Vrbem ambulabat.*

58 *Mores Principum noſtri temporis Chriſtiani diſtant à moribus Principum illius præteriti temporis:*

59 *Si tempora largita eſſent, & mora Legati Neapoli longior fuiſſet, ameniores actus ab Vrbe facti eſſent.*

60 *Neapolis Regni caput.*

61 *Neapolis Ciuitas Romanis ſemper fidelis.*

62 *Antiquitatis Neapolis, qui ſint Scriptores.*

63 *Accademiæ, & Studia Neapoli Greca, & Latina antiqua fuere*

64 *Aeſchines orator, Pythagoras, Seneca, & alij plures antiqui, in Academijs*

Digitized by Google

cademijs Neapolitanis vacarunt, & Virgilius num. 65. 66.

67 *Virgilij ſepulchrum Neapoli adeſt, cum carmine ab illo condito.*

68 *Petri Bembi Cardinalis diſticon in laudem Virgilij, & Actij, Sinceri, Sanazari.*

69 *Author, quo in loco amplius, quàm alius ſcripſerit de Academijs, & Studijs Græcis, & Latinis.*

70 *De Vrbis Neapolis antiquitate ſcripſit eleganter Julius Cæſar Capaccius.*

71 *Regnum Neapolitanum fuit paleſtra ambitioſorum, auarorum, & tyrannorum illud deſiderantium, Nũc verò ſub Auſtriacorũ Regum dominio, ſub quieta tranquillitate, viuit num. 72.*

73 *Sanctorum corporibus, & reliquijs multis vrbs Neapolis fulget.*

74 *Vrbs Neapolis, & ſui ciues, diligenter gubernant omnes Eccleſias, Templa, & Monaſteria virorum, & puellarum, quæ ſunt quaſi innumerabiles ferè, ob quod diuino auxilio eadem Ciuitas fouetur.*

Cap. Quintum:

EXpedita à Catholico Rege Legationis ſuę pote-
ſtatis in perſonam dicti D. Ferdinandi Alua-
rez Toleti Marchionis Villæ nouæ, & Magni
1 Regni Nauarræ Comeſtabuli † facultate, idẽ
inſignis Dominus Legatus ſuper triremes Regias, nauiga-
tionem ex Hiſpania ſoluit Italiam verſus, conuenienti No-
bilium Virorum, ac Equitum Comitatus, ſed fidũ habens
2 Illuſtriſſimum Dominum Don Petrum Toletum † Man-
zeræ Marchionem, in Magna Curia Vicariæ Nea-
poli Regentem digniſſimum. Et cum in Italia perue-
niſſet, præſertim in Ciuitate Genuæ, fuit in illa Sereniſſima
3 Republica, & ab ea, & eius nobilitate, & Populo viſitatus † &
ſummo honore affectus, quem ſumma veneratione obſer-
uauit Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dom. Hector Rauaſcherius
4 Princeps † Satriani, Dux Cardinalis, Præfectus, ſiuè Magi-
ſter

ſter Equeſtris Militiæ, eiuſdem Sereniſſimæ Reipublicæ, (quem Generalem vocant) eques natalibus Illuſtris, ab an-
5 tiquis Louanienſibus Comitibus ſuis maioribus non dege-
nerans, vt alibi Latius dicam. Poſtmodum Regno Neapo-
litano appropinquans, cum à Ciuitate Caietæ ad antiquam
6 Ciuitatem † Puteulorum perueniens, octo millia paſſuum
ſpacio circiter ab Vrbe Neapolis diſtantē, quo in loco quie-
ſcere aliquantulum, ob maritimos labores paſſos, cum de-
7 creuiſſet, ibidem Deo optimo maximo † gratias egit, quod à
Maris fluctibus ſaluum reddidiſſet, negari enim non poteſt,
maris nauigationes, magnis periculis eſſe ſubiectas, dicente
Iuuenale.

8 *I, nunc, & ventis animam † commicta dolato.*
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut ſeptem ſi ſit latiſſima teda.

9 Proinde nautas, nec inter † viuos, nec inter mortuos verſa-
ri dicebat Plato in Axiocho. Maris autem pericula notantur
in Scriptura Sacra apud Ionam. cap. 1. dùm dicit, Dominus
10 autem miſit ventum † magnum in mare, & facta eſt tem-
peſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri, & ti-
muerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum. Et quę
ſequuntur, inde apud Marcum cap. 4. ſcriptum eſt. Et facta
eſt procella magna † venti, & fluctus mittebat in nauim,
itaut impleretur nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical
dormiens, & excitans eum, & dicunt, Magiſter non ad te
pertinet, quia perimus. Et exurgens, comminatus eſt vento,
tace, & dixit mari, & obmuteſce. Et ceſſauit ventus, &
12 facta eſt † tranquillitas magna. Ex qua authoritate, patet,
quā periculoſę ſint maritimę nauigationes, & quā certa diui
na ſuffragia ad euitanda maritimæ nauigationis pericula.
Aduentu Domini Legati facto ad Ciuitatem Puteulorum, ſta-
13 tim abſque dierum, atque horarum † interuallo, Neapoli-
tanæ Ciuitatis maior pars Nobilitatis, & Populi, quaſi cur-
ſim, & cateruatim, magno animorum deſiderio, ſalutatio-
nis, ac viſitationis gratia, alij Equitantes, & plures tum car-

rucis.

rucis, & quadrigis, vt illi reuerētiam exhiberet acceſſit, ſed
14 paucis diebus ibidem mora peractis, Neapolim † applicuit,
& in Regali Palatio in quo reſidet Illuſtriſs. & Excellentiſs.
Dominus Don Antonius Aluarez Toletus Dux Aluę Regni
Prorex. Patet eiuſdem Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Lega
15 ti, in quo receptus in altera palatij parte † qui filium videns
affectu paterno, quo amore viſus, narrare non eſt neceſſe?
& qua filius patrem obedientia, & reuerentia conſpexerit,
ſimiliter ſilentio contegam, quia amoris inter eos mutui
16 exempla clariſsima † dederunt. Ibi concurſu maiori, &
acceſſu conſtituti, ſed illum ſalutandum, & exhibendam ei
reuerentiam acceſſerunt Illuſtriſsimus, & Reuerendisſimus
17 † Dominus Franciſcus Boncompagnus Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinalis, Archiepiſcopus Neapolitanus, Prælatus, omni virtutum genere, vitæ integritate, & Natalium
18 ſplendore clariſsimus, † qui exemplo docet, ſuorum maiorum doctrinam, ac vim imitari, ac nonnulli Prælati, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Prælati, qui in
eadem Ciuitate reperiebantur. Inſuper ad illum ſequuti
quotquot in ciuitate reperiebantur nimis honorati Princi-
19 pes, † Duces, Marchiones, Comites, & Barones, alijque milites, & de populo eiuſdem ciuitatis. Eodem modo ad reuerentiam illi exhibendam acceſſerunt Magiſtratus, & Of-
20 ficiales † maiores Fuluius Conſtantius, licet ſenectute, &
21 infirmitate † grauatus Marchio Corleti, Carolus Tapia
22 † Marchio Belmontis, Don Ioannes † Henriquez, Dida-
23 cus † Lopez, Natalium, & Virtutum ſplendore Clariſsimi
24 Iuriſconſulti Doctisſimi Regentes, & Conſiliarij Collateralis ſupremi, & Ioannes Angelus Barrilius I. C. eruditisſi-
25 mus Dux Cayuani † Regni Neapolitani Secretarius Regius, cuius familiæ Nobilitatem in Poeſi latina admodum
reueretur Franciſcus Petrarcha, cum omnibus Collateralis
Conſilij officialibus: Nec non Don Petrus Iordanus Vrſi-
26 nus † Iuriſconſultus inſignis Sacri Regij Conſilij Præſes,
ac Regni Neapolitani Viceprothonotarius, cum omnibus

V in

in eodẽ Sacro Conſilio doctiſsimis Conſiliarijs. Præter eos
27 etiam acceſsit Dominus Don Bernardinus † Montaluus Marchio Sancti Iuliani Iuriſconſultus doctiſsimus, olim Regens Collateralis Conſilij, nunc vero in Regia Camera Summariæ Magni Camerarij, primus Locumtenens cum omnibus in eadem Regia Camera Præſidentibus, & Regij Fiſci Aduocato, & Patrono. Idem Viſitationis, & Reuerentiæ eidem Domino fecerunt omnes Magnæ Curiæ Vicariæ
28 Magiſtratus, & Iudices cauſarum Capitalium, † & Ciuiliũ, & Aduocatus Fiſci in criminalibus, quibus cum Ego etiam
29 acceſsi tamquam vnus Iudicum ipſius † Magnæ Curiæ cũ collegis primæ noſtræ Claſsis ſiue Rotæ. Acceſſit etiam Franciſcus Sextus I.C. excellẽs Regiæ Magnæ Curiæ Perceptor omnium pecuniarũ, ad Reg. Curiã ſpectantiũ in tribunali criminali, & ciuili, omneſq; alij Magiſtratus, & officiales Maiores, & Minores; Idque fuit pluribus diebus expletum. Nec defuerunt Illuſtriſsimæ, atque Excellentiſsimæ, &
30 Illuſtres Dominæ † coniuges, Matronæ, ac Domicellæ, quondam Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, & Equitum, Baronum, aliorumque Nobilium, quæ cum Viris, Fratribus, alijſque coniunctis Equitibus, ſumma modeſtia, & pulchro ordine, venuſtate nimia, maximaque & artificioſa, & grauitate perſonæ, & corporis motu, choreis, tri-
31 pudia, & ſaltationes, † pulſantibus organis, cymbalis, alijſque muſicæ artis inſtrumentis, quæ per expertiſſimos illius exercitij magiſtros operabantur, ad præſentiam
32 Excellentiſſimi † Proregis, & Legati eius filij, & coram copioſo Principum numero, conſiderantes ex hijs actibus publicis lætitias fieri, vt in ſimilibus etiam per chri-
33 ſtianos Imperatores, † eſſe ordinatas in iure per *l. vnitam. C. public. lætitiæ. libr. 10.* dum fiunt negotia, & actus concernentes publicam Regnorum vtilitatem, vt gratia
34 exempli dicam fuiſſe Philippum † ſecundũ Regem Catholicum, qui eo tempore, qui contra Turcas, in illorum Imperatorem obtenta fuit victoria pro Summo Pontifice, ipſo

Rege

Digitized by Google

35 Rege noſtro, & Sereniſſima Republica Veneta † authore eodem Sereniſſimo D. Ioanne Auſtrio totius fœderis Generali ob lætitiam totius Chriſtiani Orbis obtenta victoria fuit factus publicus generalis indultus omnibus delinquentibus, exceptis paucis caſibus, *vt patet in pragm. incip. ſub titulo de abolit.* quibus actibus letabantur Populi, præſertim Regni Neapolitani, & gaudium percipiebant, cum videant
36 proſequi. & continuari amoris, & beneuolentiæ officia † inter noſtros Catholicos, & eminentiſſimos Reges, cum Summis Romanis Pontificibus, qui pro temporè exiſtunt, pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruitio, & authoritate, & hunc Legatum modo eſſe huius Illuſtriſſimæ Familiæ medium.
37 Nam, & Dauid percutiebat † *in organis armigatis, & ſaltabat* totis viribus ante Dominum, vt habetur *lib. 2. Regum cap. 6.* Et Maria Prophetiſſa ſoror Moſis, & Aaron ſumpſit in ma-
38 nu ſua tympanum, & † egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebant dicentes,
39 cantemus † Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, equũ enim, & aſcenſorem proiecit in mare, *vt patet Exod. cap. 15.* ita enim prægaudio exultabant, cum Saul Rex miſiſſet Dauid ſuper viros belli, & erat acceptus omni populo, qui cum reuerteretur percuſſo Philiſteo, & ferret caput eius in Hieru
40 ſalem, egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael † cãtantes, choroſque ducentes, præcinentes in tympanis lætitię, & ſiſtris, & præcinebant mulieres ludentes, *proùt patet lib. 1. Regum cap. 18.* Indè idem Dauid mandauit Leuitarum Prin
41 cipibus, vt dùm portabatur arca † Domini ad locũ ſuũ cõſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis Muſicorum, nablis, & lyris, vt reſonaret in excelſis ſonitus lætitiæ, *vt notatur lib. 1. Paralipom. cap. 15.* Dùm fiunt iſtæ muſicæ cantus ob lętitiam in Populis, eſt operatio diuina, & de his, quæ cõceſſerat Deus Abrahæ puero ſuo cecinit *Dauid pſalm. 104.*
42 *dicens.* Et eduxit † Populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lętitia. Et dedit illis Regiones gentium, & labores populorum poſſederunt. Occiſo Principe Holoferne, Populus

per

Digitized by Google

per triginta dies collegit Aſſyriorum ſpolia, & laudans ope-
43 ra quæ à Iudith facta fuerát, donauit illi † oĩa ſpolia, quæ cõ-
ſiſtebant in auro, argento, veſtibus, gẽmis, & omni ſupelle-
ctile, & omnes gaudebant, cum mulieribus, virginibus, &
iuuenibus in organis, & cytharis, vt ſcriptum eſt *Iudith cap.*
44 *15.* Et in ſumma in Templo Salomonis erant † cantores, &
muſici, cum tubis, cymbalis, organis, & diuerſis, viris muſi-
corum concinentibus, & voce in ſublimè tollentibus, vt lon-
gè ſonitus audiretur, *lib. 2. Paralip. cap. 5. Illuſtriſs. D. Io. Baptiſta
Valezuela Velaſquez I. C. omniſcius Regens in Hiſpania apud Ca
tholicam Maieſtatem in Conſilio Italico in conſ. 33. n. 141. vol. 1.*
Ante Palatium Regium, Magnatum, ac Illuſtriũ Virorũ quan-
titas, ac Equitum multitudo cũm equis pulcherrimis, & ma-
gni valoris, induti etiam veſtibus, maximi, atque elegantis
45 precij & ſummo ſtudio ornati † ad modum torneamento-
rum ſe exercuerunt curſibus equorum cum lanceis, & ha-
ſtis, poſita in curſus medio ſtatua hominis lignea (quam fa-
chinum nominant) in quem haſtas, & lanceas ſe exercentes
46 armati rumpunt, quem ludum exercuerunt † conſtitutis
Iudicibus ad modum belli, pulchro ſpectaculo ſonantibus
tubis æneis, ſpectantibus, Excellentiſſimis, Prorege, Legato,
ac oĩbus Principibus, & Equitibus Titulatis, & nobilitate, ac
Populo, ſedilibus, & tabulatis circum circa exiſtẽtibus cũ ma
gna omniũ lætitia, & per Dei gratiam aliquod ſiniſtrum nõ
47 accidit, prout in ſimilibus in perſonam † Henrici II. Valeſij
Galliæ Regis Chriſtianiſſimi, qui cum tota die tot Equites
eo ludo viciſſet, vltimo loco infælici caſu mortuus, ob ſum-
mam ipſius victoriæ laudem, quam tota die quæſierat, &
ſucceſſit illud Sacræ Scripturæ, riſus dolore miſcebatur, &
48 extrema gaudij luctus † occupat? quod toto Chriſtiano Or-
bi diſplicuit. Sit benedictus Deus, qui cuſtodiuit hos dies ſi-
ne aliquo ſcandalo, ac periculo. *Hunc tamen nobilem, & per-
miſſum ludum arbitror, quia ludos haſtæ certare permiſſus eſt, qui
49 † virtutis, & fortitudinis cauſa fiunt, l. ſolent, l. quibus ff. de alea lu-
ſu, & aleat. & de iſto ludo apud Equites, & Magnatos Neapoli-*

tanos

Digitized by Google

tanos vſui eſſe dixi, & in Commentarijs de Regis Catholici præ-
ſtantia cap.32.nu.48. Et notandum, quod ludorum adinuen-
tio, quibus corporeum exercitationes fierent, ad bellici appa-
50 ratus neceſſariam † prius procuratam fuiſſe, *vt Plato docuit*
de legibus dialog.8. ideo tàm Grecorum, quàm Romanorum
ludi bellorum cauſa inſtituti fuere, vt exercitatione aſſueti
promptipres ad bella accederẽt, *quid & Varro de lingua latina*
lib.4. teſtatur. Et ideo optima fuit adinuentio, ſed excreſcens hominũ
malitia iuſtos, honeſtoſque ludos, ad iniquum traxit compendium,
51 † *iuxta text. in l. fin. C. de vſucap. pro emptor.* & ſic ad voluptatem
Populorum trahentes Imperatores, Reges, & Reſpublicæ,
52 crediderũt, vt homines voluptate iſta deliniti † in officio cõ-
tinerentur, *vt dicit Hieronymus Mercurialis Artis Gymnaſticæ*
lib.1. cap.1. Nihilominus optimi, ac liberales ludi ſunt, qui nul-
53 lum virtuti præiudicium † faciunt, ſed iocunditatem faciẽti
faciat, *vt inquit Albertus Magnus lib. Ethicor.4. tract.3. cap.4.*
Et etiam videntes in circuitu voluptatem capiunt, illud erat
54 non abſq; magno, & turpi vitio, quo † Nero Imperator tra-
giaias publicè cantauit perſonatus, *ut eſt author Suetonius Trã-*
quillus in illius vita cap.21. cuius nouiſſime meminit Ianus Lan-
gleus in ocio ſemeſtri lib.8. cap.9. Quinimmo ludum ferarum,
& beſtiarum, & illarum prælium prępoſuit Illuſtriſs. & Ex-
55 cellentiſs. † Dom. D. Tiberius Carrafa Biſiniani Princeps,
natalium fulgore, Illuſtris familiæ, corporis compagine, ani-
mi virtutibus, & vitæ, & morum integritate conſpicuus, qui
56 in ludũ exhibuit has immanes feras † beſtias, leones, lupos,
vrſos, tygrides, & alia effera animalia in conſpectu eorundẽ
Principũ, ac nobilitatis, & populi innumerabilis, pro inſpe-
ctione dictorum animalium, & aliorum, quæ nõ referũtur.
57 Varius Heliogabalus † Imperator animalibus tygribus
ſuam, qua vehebatur, carrucam trahi faciebat, *teſtatur Ælius*
Lampridius in eius vita, cum alijs per Eutropium rerum Roma-
narum lib.10. cap.12. Herodianum lib.5 Sextum Aurelium vi-
ctorem in illius vita. Nunc per Dei gratiam quoad mores di-
58 ſtant à moribus illorum, † qui cum non eſſent Fidei Chri-

ſtianæ copulati,& timore diuinæ vltionis tacti, nòn operabantur,ea,quæ de more Chriſtianorum Principum fiunt.

Non mirùm,ſi in Vrbe Neapolitana in aduentu eiuſdem Regis Legati,& in modica eius mora,qua in ea verſatus, ſtetit pluribus publicis actibus demõſtrationes factæ ſint,ex quibus pateant exquiſitæ,& ſummæ venerationis,& debiti obſequij inditia. Nàm ſi tempora largita eſſent, intuitu Regis mictentis,ipſius Legati,miſſi,& Summi Pontificis,ad quem

59 mictitur † maiores,ameniores, notabiliores, atq; grauiores actus ex hibiti forent. Ab hac tamen vrbe, non potuerunt omicti,quæ ab vrbe,nobilitate, & populo libenti omnium volũtate exhibita fuere, & gratiſſimo animorum obſequio, nàm ſuæ antiquitatis intuitu acteto,& duratione à Deo Om

60 nipotenti eidem conceſſa,placuit,vt ſit totius Regni †caput, & ſuo Regi fidiſſima,proùt dùm Romana Reſpublica flore

61 bat,iiſdem Romanis ſemper fidelis fuerit, *vt teſtatur† Velleius Paterculus Hiſtoriarum lib. 1*.à qua non poſſunt inconuenientes actiones oriri cum antiquiſſimis temporibus habuerit ſemper ſtudia,& Academias ſcientiarum omnium

62 Græcarum, & Latinarum, de cuius † antiquitate plura dixerunt *Statius,Horatius,Papinius,Martialis,Silius Italicus, de*

63 *qua Academia † videre licet Strabonem authorem grauiſſimum lib.6. in hac Ciuitate vacauit Æſchines Orator maximus, & L.*

64 *Anneus Seneca,qui † fatetur ibidem ſtudijs vacaſſe, Pythagoram, & Neapolitanis in Scholis Græcis & Latinis literis operam dediſſe Virgilium Poetarum Latinorum Principem, de quo ſcripſerunt*

65 *Donatus,Seruius,Macrobius,& alij,quod,& ipſe Virgilius† lib. 6. Georgicorum 4 fatetur dùm inquit.*

> *Hæc ſuper Aruorum cultu,pecorumq;canebam,*
> *Et ſuper arboribus,Cæſar dùm magnus ad altum*
> *Fulminat Euphratem bello,victorq; volentes*
> *Per populos dat iura,viamq; affectat Olympo.*
> *Illi Virgilium, me tempore dulcis alebar.*
> *Parthenope,ſtudijs florentem ignobilis Oci.*

66 De quo poſt plura † Iouinianus Pontanus inquit,

Cura

Cura bouum, quæ ſit, pecori quis cultus habendus,
Et docuit preſſis, multa liquere fauis.
Fælix Aruorum cultu, fælicior armis,
Dùm profugum Aeneam, dùm canit arma virum.

Brunduſij etiam dùm moritur idem Virgilius, voluit, & man-
dauit, vt ſuum cadauer Neapoli aſportaretur, & ibidem tu-
mularetur, & in ſuo tumulo carmen ab eo compoſitum
67 ſuo ſepulchro † apponeretur, quod tale vulgatum eſt.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini, paſcua, rura, duces.

De cuius ſepultura, quæ eſt propè Mergillinam, vbi eſt corpus
68 Iacobi † Sanazari Actij, Sinceri, ità pulcherrimè luſit Petrus
Bembus Cardinalis dicens.

Dà ſacro cineri flores, hic ille Marroni
Sincerus, Muſa proximus, vt tumulo.

Verum, qui plura ſcire deſiderat de huius Neapolitanæ Vrbis
ſtudijs, & Accademijs, & eorum antiquitate, neminem ſcrip
ſiſſe arbitror, melius, & copioſius ex ſcriptorum penetrali-
69 bet, quàm ego ſcripſerim † *in Commentarijs de Regis Catho-*
lici præſtantia cap. 40. nu. 93. vſque ad nu. 107. excluſiuè, & num.
163. vſque ad nu. 197. quo vero ad Vrbis antiquitatem, & alia,
70 *videãt Iulium † Cæſarem Caoacium, qui vno latino volumine*
eleganter omnia expleuit. Sed quamquam de toto Neapolitano Re-
gno optimè dixerit Pandolfus Collenucius Hiſtor. Neapol. lib. 3. in
71 *princ.* Quamobrem (inquit) qui rectè intuentur, res, quæ † tẽ-
poribus his acciderunt, confiteri cogatur, Regnum Neapo-
litanũ fuiſſe ambitioſorum, auarorum, tyrannorumq; pale-
ſtram, rapinis, bellorumq; calamitatibus expoſitum ob ſuã
nimiam fertilitatem, aliaſq; innumeras eius dotes, ſicut in
cæteris bonis affluit à multis deſideratũ. Hæc Collenuc. Sed
ꝑdixerat hæc antea *Virg. Georg. l. 2. dicẽs, dũ loquitur de tota Ital.*

Sed neq; Medorum Syluæ, ditiſſima Terra,
Nec pulcher ganges, neq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, nec bactra, nec indi.

De qua rectè idẽ *Virg. in d. lib. 2. Georg.* quia illã ſalutat dũ inquit
Salue

Salue Magna parens frugum, Saturnia tellus.

72 Nunc autem cum exiſtat ſub † Regibus Auſtriacis ſe cura ſub tutela, & quieta tranquillitate viuit.

Et ſi in Ciuitate magna, & Regni primaria ob concurrentium virorum congeriem, quæ in illo verſatur, non deſunt, praui homines, & tamen illam tuetur Deus, quia habet plurima
73 Sanctorum, & Sanctarum corpora † à quibus Vrbs tuetur. Inſuper Monaſteriorum hominum, & Virginum omnium Religionum, ac Parrochiales habet Eccleſias, ad quarum Eccleſiarum gubernationem, & manutentionem ſunt miniſtri, adeo diligentes, & ſolliciti, itaùt deſiderari vlterius,
74 neque ad ipſarum decorem † & manutentionem, ex quibus artibus pijſſimis Deus, & Dominus noſter illam fouere non deſinit, cui ſit Honor, & Gloria.

ARGVMENTVM.

Cap. VI.

ROmana Vrbs poſt exactos Reges ob Lucretiæ violationem, Reipublicæ Imperium ſequi deliberans, pugnando cum Capua, Taranto, Brunduſio, & in ipſa Italia cum Lucanis Samnitibus, Campanis, Appalis, & alijs, durauit quingentos per annos donec illam domuit, poſtmodum quomodo ducẽtos alios per annos Africam, Aſiã, Europam, & cognitum totum Orbem ſubiecit? Pontifex legis veteris ex Dei iuſſu electus, quæ poteſtas, & maguitudo illius fuit? quo nomine dignitatis appellaretur? quomodo, & per quem conſecrabatur? indumenta, veſtes, & ornatus illius? Alexan-

dri

dri Macedonis cum illo congreſſus? priuilegia ab illo Iudęis conceſſa? Quid Atthila Rex Hunorum cũ Leone I. Pontifice egerit? Pro Tẽpli Hieroſolymitani ædificatione, quid reliquerit Rex Dauid Salomoni filio? Quid ille fecerit, quot laborantes pro ędificio conductos teneret? Hieroſolyma à Pontificũ manibus erepta, & capta à Tito, ab Adriano, ab Homare, à Principibus Chriſtianis á Saladino Sulthano, & à Selimo Turcarum Imperatore.

S V M M A R I V M.

1 *Apollonius Thyaneus ſapiens, ferè totum terrarum Orbem peragrauit nu. 2.*

3 *Genua Reſpublica in Italia.*

4 *Roma pro Imperio quærendo, bellauit cum Capua, Taranto, Brũduſio in Italia cũ Lucanis, Samnitibus, Cãpanis, Appulis, & aliis*

5 *Roma luctando cum ſuis in Italia quingentos per annos illos domuit, & ducentis annis ſubiecit totum Orbem, tùnc cognitum, Africam, Aſiam, & Europam.*

6 *Roma, an tùnc Imperium perdiderit, quando Magiſtratus vendi pecunia cœperit.*

7 *Publica miniſteria, turpe eſt venalia facere.*

8 *Malum animum oſtendit, qui pro habendo officio pecuniam erogat num. 9.*

10 *Piſtores, & humiles perſonæ quærentes pecunia ad dignitates aſpirare pœna puniuntur ſtatuta num. 11.*

12 *Roma in ſui fundatione Monarchico dominandi ſtudio per ſeptem Reges recta fuit per annos ducentum quadraginta duos,*

13 *Roma tamquam Reſpublica vixit poſt Reges, demum per Imperatores reducta ad ſtatum Monarchicum, & ſimiliter dùm ſub vno Pontifice ducta eſt num. 14.*

Digitized by Google

15 Regnum æternum eſt Regnum Chriſti num. 16.

17 *Regnum Ieſu Chriſti eſt illud* Regnum *ſempiternum, de quo Daniel, & D. Ioannes Euangeliſta.*

18 *Chriſtus eſt Princeps* Regũ *Terræ, qui lauit nos à peccatis noſtris*

19 *Pontifex eſt Vicarius Chriſti nu. 20.*

21 *Pontifex legis veteris in perſonam Aaron creatur à Deo.*

22 *Pontifex legis veteris Hieroſolymis reſidentiam faciebat.*

23 *Pontifex legis veteris, quibus veſtibus, & ornamentis ornabatur, quo vero modo, & per quem conſacrabatur? nu. 24.*

24 *Pontifex, non poteſt eſſe manſer, debilis, cæcus, claudus, habens maculam albuminis in oculo nu. 25.*

26 *Pontifex veteris legis, vocabatur Summus, & Maximus nu. 27*

28 *Alexander Magnus expugnata Gaza, delibrauit expugnare Hieruſalem, Templum, & ſupplicium dare* Pontifici, *quia illius non paruerat Imperio.*

29 *Iaddus Pontifex obuiam iuit Alexandro in habitu ſollemni, cum omnibus ſuis Sacerdotibus, & Populo in pompa mirabili.*

30 *Alexander Macedo adorauit Iaddum Pontificem.*

31 *Alexander dixit ipſum non adoraſſe Pontificem, ſed Deum.*

32 *Iaddus Pontifex dixi Alexandro Macedoni, ipſum repperiſſe, quod quidam Græcus eſſet ſuperaturus Perſarum Imperium apud Danielem, quod in ipſo verificari deberetur.*

33 *Alexander ductus per Pontificem in Hieruſalem, immolauit ex præſcripto Pontificis Deo.*

34 *Alexander obtulit* Pontifici, *& Iudæis, ſiquid vellent, quia ipſe concederet.*

35 *Alexander cõceſſit priuilegia Iudæis, quod viuerent eorum legibus, etiam illi, qui erant in Media.*

36 *Atthila Hunnorum Rex, cum iret verſus* Romam *illam animo diripiendi obuiam illi progreſſus eſt Leo primus Summus* Pontifex *inter* Padum, *& Mincium.*

37 *Leo* Pontifex *primus molliuit Atthilæ* animum.

37 *Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus fuerunt viſi ad latera Leonis Pontificis minantes Atthilæ.*

39 *Athenienſiũ* Reſpub. *quid fecerit ad fauorẽ* Põtificis *Hieroſolymitani.*

40 *Tota*

40 *Tota forma Decreti Senatus Athenien. ad fauorem Pontific. Hieroſolymitani.*

41 *Palatium Pontificis Hieroſolymitani, tàm magnum, & decorum erat, quod in illo hoſpitabantur Alexander Macedo, & alij Reges.*

42 *Deus Templum ſuum ædificari, noluit à Dauide, quia fuerat ſanguinis effuſor, ſed à Salomone filio nu. 45.*

43 *Dauid pro Templi ædificatione reliquit Salomoni in auro talenta centum millia in Argento millemillia talenta, ligna, lapides, ęs, & ferrum ſine numero, & pondere.*

44 *In Templi ædificatione tenuit Salomon tot laborantes deputatos, portantes humeris ſeptuaginta millia, cedentes lapides in montibus octoginta millia, præpoſitos operarijs tres mille, & ſexcentos.*

45 *Tempore, quo Dauid reliquit aurum, & argentum Salomoni, dedit in holocauſtum mille Tauros, mille oues, & mille agnos.*
Salomon expleto Templi ędificio dedit in holocauſtū boues 20000.

46 *Dum fuit capta Vrbs Hieroſolyma à Tito, poſt illam Templi capturam, non fuit, niſi poſt ſex menſes nu. 50.*

47 *Hieroſolyma Ciuitas Ieſu Chriſti, vita, prædicatione, miraculis, morte, & ſanguinis effuſione facta illuſtrior.*

49 *Hieroſolymæ laudes ex Ezechiele.*

49 *Ex Thobia.*

50 *Hieroſolyma poſt Titum capta ab Adriano deleta ſale ſeminata, reparata, & Aelia Capitolina à ſuo nomine appellata.*

51 *Iacobus primus Epiſcopus Hieroſolymitanus dictus frater Domini, iuſtus, iuſſu Anani Pontificis è Pinna Templi eiectus, lapidatus fuſte occiſus num. 52.*
Succeſſores Epiſcopi ex Hebræis, qui fuere?

53 *Hieroſolymitani Epiſcopi ſucceſſores è noſtris.*
Hieroſolyma capta ab Homare Sarracenorum Principe, Aegypti regnante, & quanto tempore per ipſum, & ſucceſſores poſſeſſa.

54 *Hieroſolyma anno D. N. 1099. fuit capta à noſtris Chriſtianis Principibus, penes quos ſtetit annis octoginta quatuor.*

55 *Hyeroſolyma erepta à Chriſtianis per Saladinum Aegypti, Sulthanum à quo & ſucceſſoribus poſſeſſa fuit per annos 330.*

56 *Hieroſolyma anno D. N. 1517. fuit capta à Selymo Turcarum Imperatore, per quem, & eiuſ ſucceſſoreſ poſſidetur.* Cap.

15 Regnum æternum eſt Regnum Chriſti num. 16.

17 *Regnum Ieſu Chriſti eſt illud* Regnum *ſempiternum, de quo Daniel, & D. Ioannes Euangeliſta.*

18 *Chriſtus eſt Princeps* Regũ *Terræ, qui lauit nos à peccatis noſtris*

19 *Pontifex eſt Vicarius* Chriſti *nu. 20.*

21 *Pontifex legis veteris in perſonam Aaron creatur à Deo.*

22 *Pontifex legis veteris Hieroſolymis reſidentiam faciebat.*

23 *Pontifex legis veteris, quibus veſtibus, & ornamentis ornabatur, quo vero modo, & per quem conſacrabatur? nu. 24.*

24 *Pontifex, non poteſt eſſe manſer, debilis, cæcus, claudus, habens maculam albuminis in oculo nu. 25.*

26 *Pontifex veteris legis, vocabatur Summus, & Maximus nu. 27*

28 *Alexander Magnus expugnata Gaza, deliberauit expugnare Hieruſalem, Templum, & ſupplicium dare* Pontifici, *quia illius non paruerat Imperio.*

29 *Iaddus Pontifex obuiam iuit Alexandro in habitu ſollemni, cum omnibus ſuis Sacerdotibus, & Populo in pompa mirabili.*

30 *Alexander Macedo adorauit Iaddum Pontificem.*

31 *Alexander dixit ipſum non adoraſſe Pontificem, ſed Deum.*

32 *Iaddus Pontifex dixi Alexandro Macedoni, ipſum repperiſſe, quod quidam Græcus eſſet ſuperaturus Perſarum Imperium apud Danielem, quod in ipſo verificari deberetur.*

33 *Alexander ductus per Pontificem in Hieruſalem, immolauit ex præſcripto Pontificis Deo.*

34 *Alexander obtulit* Pontifici, *& Iudæis, ſiquid vellent, quia ipſe concederet.*

35 *Alexander cõceſſit priuilegia Iudæis, quod viuerent eorum legibus, etiam illi, qui erant in Media.*

36 *Atthila Hunnorum Rex, cum iret verſus* Romam *illam animo diripiendi obuiam illi progreſſus eſt Leo primus Summus* Pontifex *inter* Padum, *& Mincium.*

37 *Leo* Pontifex *primus molliuit Atthilæ* animum.

37 *Sanctus Petrus, & Sanctus Paulus fuerunt viſi ad latera Leonis Pontificis minantes Atthilæ.*

39 *Athenienſiũ* Reſpub. *quid fecerit ad fauorẽ* Põtificis *Hieroſolymitani.*

40 *Tota*

Digitized by Google

40 *Tota forma Decreti Senatus Athenien. ad fauorem Pontific. Hieroſolymitani.*

41 *Palatium Pontificis Hieroſolymitani, tàm magnum, & decorum erat, quod in illo hoſpitabantur Alexander Macedo, & alij Reges.*

42 *Deus Templum ſuum ædificari, noluit à Dauide, quia fuerat ſanguinis effuſor, ſed à Salomone filio nu. 43.*

43 *Dauid pro Templi ædificatione reliquit Salomoni in auro talenta centum millia in Argento millemillia talenta, ligna, lapides, æs, & ferrum ſine numero, & pondere.*

44 *In Templi ædificatione tenuit Salomon tot laborantes deputatos, portantes humeris ſeptuaginta millia, cedentes lapides in montibus octoginta millia, præpoſitos operarijs tres mille, & ſexcentos.*

45 *Tempore, quo Dauid reliquit aurum, & argentum Salomoni, dedit in holocauſtum mille Tauros, mille oues, & mille agnos. Salomon expleto Templi ędificio dedit in holocauſtū boues 20000.*

46 *Dum fuit capta Vrbs Hieroſolyma à Tito, poſt illam Templi capturam, non fuit, niſi poſt ſex menſes nu. 50.*

47 *Hieroſolyma Ciuitas Ieſu Chriſti, vita, prædicatione, miraculis, morte, & ſanguinis effuſione facta illuſtrior.*

49 *Hieroſolymæ laudes ex Ezechiele.*

49 *Ex Thobia.*

50 *Hieroſolyma poſt Titum capta ab Adriano deleta ſale ſeminata, reparata, & Aelia Capitolina à ſuo nomine appellata.*

51 *Iacobus primus Epiſcopus Hieroſolymitanus dictus frater Domini, iuſtus, iuſſu Anani Pontificis è Pinna Templi eiectus, lapidatus fuſte occiſus num. 52.*

Succeſſores Epiſcopi ex Hebrais, qui fuere?

53 *Hieroſolymitani Epiſcopi ſucceſſores è noſtris.*

Hieroſolyma capta ab Homare Sarracenorum Principe, Aegypti regnante, & quanto tempore per ipſum, & ſucceſſores poſſeſſa.

54 *Hieroſolyma anno D. N. 1099. fuit capta à noſtris Chriſtianis Principibus, penes quos ſtetit annis octoginta quatuor.*

55 *Hyeroſolyma erepta à Chriſtianis per Saladinum Aegypti, Sulthanum à quo & ſucceſſoribus poſſeſſa fuit per annos 330.*

56 *Hieroſolyma anno D. N. 1517. fuit capta à Selymo Turcarum Imperatore, per quem, & eiuſ ſucceſſoreſ poſſidetur.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. VI.

DIVVS Hieronymus in epiſtola ad Paulinum,
cum narraſſet itinera Appollonij Thianei,
qui totum ferè Mundũ peragrauerat, & tot
Reges vidiſſet, ab aliquibus inuitatus donis,
& muneribus, vt accipere vellet Regnorũ
aliquorum medietatem, nunquã aliquid ca-
1 pere voluit, ſola ſua † ſapientia, & Mundi ũiſura, & cognitio-
ne contentus, vt leguntur omnia apud Philoſtratũ in libris
de vita Appollonij, & concludit Hieronymus dicens, inue-
niens vbiq; quod diſceret, ſemperq; proficeret. Nil aliud in-
2 nuẽs, niſi quod ex inſpectione diuerſarum † Mundi partiũ,
qui diuertit, modo ad vnam Prouinciam, modo ad aliam
ſemper diſcit, & ſentẽtias, & mores, & ex ſimili vſura, capit,
quæ bona ſunt, quæ tamen mala, illa reſpuit. D. Ferdinandus
itaq; Legatus à Rege miſſus, partem Hiſpaniarum antea ſibi
inuiſam, propter illius magnitudinẽ, vidit, Italiam, & in ea
3 Genuam, & illius † Reipublicæ ſtatum, & in partem Italiæ,
venit Caietam, Puteolos, & Neapolim, inde diſceſſurus, ibit
Romam verſus, illam videns conſideratione magna, cogita-
4 bit, quomodo, vt conſtitueret ſuum † Imperiũ, certabat cũ
Capua, Taranto, Brũduſio cum Lucanis, Samnitibus, Cam-
panis, Appulis, tantum erat difficile dare Imperio caput,
Ideoque à præfatis, & alijs, admodum afflicta, tandem cum
ſuis in Italia, luctata contribulis, qui abhorrebant dare illi
5 Principatum, quingentos per † annos Italiam vicit, & poſt-
modum, ducentis circiter annis, Africam, Aſiam, & Euro-
pam, & ſic totum Orbem ſubiugauit. Quæ omnia longio-
ri ſtilo ſcripta ſunt per *Paulum Oroſium Hiſtoriar. lib. 3. cap.
24. Eutropium rerum Roman. lib. 2. cap. 2. Lucium Florum de
geſtis Romanorum lib. 1. cap. 18. cap. 20. & lib. 2. cap. 1.* Obten-
to à Republica Romana Imperio illud tenuit, cur ab illo
cecidit.

Reſponſum dabit *Græcus Hiſtoricus Nicetas Chroniſta in*

vita

6 *vita Alexij Angeli Comneni Imperatoris* † *Conſtantinopolitani lib. 2.* dicens Imperium Romanum tunc cecidiſſe, cum Magiſtratus, & officia, venalia eſſe cæperunt. Quia etiam *Ariſto-*
7 *teles Politicor. lib. 2. cap. 9. inquit, Turpe eſſe, venalia* † *facere publica miniſteria.* Malum enim oſtendit animum, qui pro ha-
8 bendo officio pecuniam † erogat. *l. Baphij. C. de Murileg. lib. 11. vbi hoc annotarunt poſt Bartol. Ioan. de Platea. Iacob. Rebuff. Angel. & Lucas de Penna. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 149. nu. 3. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 748. vol. 1. Borgnin. Caualcan. in deciſio. Fiuizan. 25. nu. 10. vol. 2. Gaſpar Caballin. in Milleloq. 982. nu. 1. Martin. Laudenſ. in tract. de officialib. Dominor. §. 58. Vnde optimè dicit Seneca de Beneficijs lib. 1. cap. 9.*
9 Prouincias ſpoliari, & numarium Tribunal, audita † vtrinque licitatione, alteri addici, non mirum quando, quæ emeris, vendere ius eſt, ſequitur *Gulielmus Rouille in deſcriptione iuſtitiæ. lib. 3. c. 3.* Imperatores ſtatuerunt, quòd Piſtores, alijq;
10 humilioris artificij homines, gratia, vel pecunia † ad dignitates aſpirare anhelantes, dignitate exuti, alijs pœnis multantur, *arg. l. vnica. C. de piſtorib. lib. 11.* Inde vtinam ſeruaretur, & Principes doctos emerent, & prudentes, nec officia
11 vendi in Reipublicæ pernitiem permitterent, inquit † Petrus Rebuff. ad conſtitutiones Galliæ *tit. de merci. min. vend. Artic. 1. Glo. 5. in fin. facit glo. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de Ambit. Marti. Laud. de officialib. dominor. §. 95. Franc. Marc. in deciſ. Delphin. 149. & in deciſ. 749. vol. 1.* Vndè ſi verum eſt, quòd ex officiorum venditione, Vrbs Romana amiſerit Orbis Imperium, nullum ex ſua ipſius culpa malum alteri importet, & ꝙ tam magnum bonum perdiderit, ex bonorum, ac facultatum conſumptione, & diutina ſanguinis effuſione, ac ſtrage hominum, cum id ſibi placuerit, non eſt igitur conueniens, vt alteri poſſint hoc tribuere.

Ego autem dico totam iſtius dominationis mutationem, non ſine DEI Optimi Maximi iudicio proceſſiſſe, cum notum ſit, Vrbem Romam à principio ſuæ fundationis, ſub
12 Monarchico vnius Imperio fuiſſe, ſcilicet, primo † ſub Ro-

mulo annis triginta nouem. Secundo ſub Numa Pompilio annis quadraginta vno. Tertio ſub Tullio Hoſtilio annis triginta duobus. Quarto ſub Anco Martio annis viginti quatuor. Quinto ſub Lucio Tarquinio Priſco annis triginta ſeptem. Sexto ſub Seruio Tullio annis triginta quatuor. Septimo ſub Lucio Tarquinio Superbo annis triginta quinque. Ex quibus ſub ſeptem Regibus ſub ſtatu Monarchico Roma ſtetit annis ducentis quadraginta duobus. Exactis poſtea Regibus, ob Lucretię violationem, incępit Vrbs Reipublicæ nomen ſibi aſſerere, prout ſub Regimine Dictatorum, Conſulum, aliorumque Magiſtratuum ſumma vi, & potentia dominium quæſiuit totius Orbis, tunc cogniti, & durauit in totum per annos ſeptingentos duos, quo tempo-
13 re in vnum Principem † ſe contulit, & ſic reuerſa eſt ſub primo ſtatu Monarchico ſub Imperatoribus, quibus ſua ſponte Reſpublica ſe ſubdiderat.

Pia itaq; & chriſtiana conſideratione cenſeo cogitandam, vt proximè dixi, DEVM Omnipotentem ſibi complacuiſſe, vt cum vidiſſet hanc Vrbem fuiſſe ſub Imperatoribus, carnificinam quandam publicam (vt tot Hiſtoriæ fateneur) in qua tot Sanctorum, & Sanctarum ſanguis effuſus eſt, in meliorem ſtatum conuertere, & à Sede, & ſtatu perditionis liberare, & ad viam, & ſtatum quietis, & tranquillitatis reducere, in illa omiſſo profanorum Principum Imperio, conſtituere Eccleſiam cum vnius Pontificis imperium, duraturum vſque ad vniuerſalis Iudicij diem, Et ſic gloriari debent Romani, & gratias DEO agere, quòd Vrbem eandem
14 duxit ab vno ſtatu † Monarchico ad alium vnius Pontificis Maximi, cum dominatio ſit tranſlata ad naturam ſuam, tanto meliorem, quanto iſtud Regnum conſtitutum eſt à Domino noſtro IESV CHRISTO Rege Regum. Quandoque ad firmandum hoc dictum, adducebam tantum mirabilem apud Danielem cap. 2. dum dicit, In diebus Regnorum illorum ſuſcitabit DEVS cæli Regnum, quod in æter-
15 num † non diſſipabitur, & Regnum eius alteri populo nõ

tra-

tradetur. Comminuet autem,& conſumet vniuerſa Regna hæc,& ipſum ſtabit in æternum. Quod de CHRISTI Regno intelligi oportere voluit D. *Auguſtinus in lib. contra Iudæos, Paganos, & Arrianos cap. 12. Cyprianus contra* Iudæos *lib.*
16 *2. cap. 15.* Regnũ verò æternum, vt † dixi, de hoc CHRISTI Regno, dicit idem Auguſtinus de Ciuitate DEI lib. 18. cap. 34.& aduerſus Fauſtum lib. 12. cap. 44. Cyprianus in expoſitione Synodi,& Iræneus lib. 4. *cap.* 17. Reliquum (inquit) & poteſtas,& magnitudo Regni, quæ eſt ſubter omne cœlum dedit Populo Sanctorum Altiſſimi, cuius Regnum,
17 Regnum ſempiternum eſt,& omnes † Reges ſeruient ei,& obedient. Et hoc apertiſſimè probatur apud D. Ioannem Apoſtolum,& Euangeliſtam Apocalypſis cap. 1. dicentem. Et à IESV CHRISTO, qui eſt teſtis fidelis, Primogenitus
18 mortuorum,& Princeps Regum terræ, qui † dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris,& Regnum,& Sacerdotes DEO, & Patri ſuo, ipſi gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Et cap. 19. Et habet in veſtimento te in furore ſuo ſcriptum, Rex Regum,& Dominus Dominantium.

Ad Summum Pontificem dirigitur legatio, Summus au-
19 tem Pontifex eſt CHRISTI † Vicarius. c. quanto cap. inter corporalia extra de tranſlat. Prælat. c. fundamenta. § decet. c. vbi periculum. §. veterum. de electio. in 6. Et ideo illi ab omnibus eſt obediendum. c. ſi quando. extra de reſcrip. c. cuncta per mundum. 9. q. 3.

Sed ſciendum eſt, quod Pontificatus nouæ legis, dicitur
20 Pontificatus IESV CHRISTI, vt dicam † ſucceſſitque in Pontificatu veteris legis, in qua vetere lege electus fuit à DEO Aaron, & filij eius, vt ad Moſen dixit DEVS Exodi
21 cap. 28. Applica (inquit) Te ad Aaron fratrem † tuum, cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, vt Sacerdotio iungantur mihi, legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum. Et Paralipomenon. lib. 1. cap. 26. Separatus eſt (inquit) Aaron, vt miniſtraret in Sancta Sanctorum ipſe,& filij eius in ſempiternum. Qui Pontifex veteris legis in Ciuitate

Hie-

22 Hieroſolimæ reſidentiam † faciebat dum Dominus dixit lib. 1. Regum cap. 2. in fin. dicens, & ædificabo ei domum fidelem' DEVS autem Moſi ordinauit, quæ requiſita in illo requirerentur, quæ habentur Exodi cap. 29. Cumq; (inquit)
23 Lamris patrem, cum filijs aqua indues † Aaron veſtimentis ſuis, ideſt, linea, & tunica, & ſuperhumerali, & rationali, quod conſtringes Baltheo, & ponis Thiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper Thiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc Ritu conſecrabitur. Quæ fuſius, & apertius dicuntur Leuitici. cap. 21. Pontifex ſuper
24 cuius † caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio, conſecratæ ſunt, veſtitus que eſt ſanctis veſtibus, non erit Manſer, debilis, cæcus, claudus, habens maculam, Albuginis, aut eiuſmodi aliâ vitia corpori. Propterea Philo Iudæus in libr. de ſacrificijs breuirer inquit, Sacrificare nulli
25 Sacerdoti, niſi integro † corpore permictitur, cui ne quidẽ minima inſit Labecula. de his agit benè Simon Maiolus de de irregularitate lib. 1. cap. 18. cum pluribus ſeqq. & ego dixi in Comment, de Magiſtratuum edictis lib. 1. c. 3. per totum.
26 Vocabatur † Summus Pontifex, vt habetur Iudith c. 15. vbi dicitur Ioachim autem Summus Pontifex de Hieruſalem venit in Bethuliam, cum vniuerſis Præſbyteris ſuis, vt vide-
27 ret Iudith. Et Leuitici cap. 21. dicitur Pontifex ideſt † Sacerdos Maximus inter fratres ſuos.

Hic Summus Pontifex vti à Deo ſtatutus ſummo honore, & veneratione ab omnibus ſemper habitus, quẽ etiam Supremi Principes, & Reges coluerunt, proût pauca, ſed magno exemplo, digna referam. Primo quia Alexander Magnus
28 † expugnata Gaza Hieroſolymam iter direxit, illam etiam expugnaturus, & Phænius, & Caldæi ſperabant, quod iratus Rex quoniam comminatus fuerat, quod Vrbem, illiuſque direptionem permicteret, & Pontificis exquiſitum ſumeret ſupplitium, quod neglexiſſet imperata ipſius facere. Iaddus
29 tamen Pontifex, cum percepiſſet non procul ab Vrbe Regẽ eſſe, vltra proceſſit cum omnibus Sacerdotibus ſollẽni cultu

ſui

ſui ordinis, & Vrbana multitudine, põpa noua, ac mirabili. Alexander verò cum videret è longinquo candidatã multitudinem, & ante agmen Sacerdotes amictu Byſſina, Pontificéq; amictũ ſtola Hyacintina, auro diſtincta, Thyaram in capite geſtantem, cum præ fia aurea lamina inſculpta Dei nomine,
30 ad eum ſolus accedens, nomen illud † adorauit, & ſalutauit Pontificem, illumque ſalutando coluit, iudæis ipſum conſalutantibus, atque in orbem cingentibus, Siriæ Reges, & reliqui obſtupuerunt, vix credentes Regem eſſe mentis compotem, ab hijs, quæ decreuerat, ſolus Parmenio propius accedens, familiariter rogat Regem, quid ita? Cum ipſe Rex adoraretur ab omnibus, nunc adoraret iudæorum Pontificem? At ille, non hunc ſe adoraſſe reſpondit, ſed Deo, cuius Ponti-
31 fex † eſſet honorem eum exhibuiſſe. Hunc enim (dixit) vidi, & antea hoc ipſo habitu, cum eſſem adhuc in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem, quomodo Aſiã poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine mora exercitum trahicere, nàm ſine ductu potiturum me Perſarum Imperio. Qua-
32 propter, quia † nunc talem habitum vidi, agnoſcens hunc, & viſionis memor, quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me nõ ſine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem, & ſublato Perſarum Imperio, ceſſura mihi omnia ex ſententia. Hæc loquutus ad Parmenionem. Et comiter complexus Pontificem, deducẽtibus Sacerdotibus, in Vrbem peruenit, & aſcendens in Templum im-
33 molauit Deo, ex Sacerdotis † præſcripto, ac Pontifici quoque ſuum honorem exhibuit. Oſtẽſoq; ſibi Danielis libro, in quo Græcum quendam debellaturum Perſas, ſignificat, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus lætus dimiſit multitudinem. Sequẽ-
34 ti vero die, vocatis eis, iuſſit, vt quicquid † vellent, poterent, Pontifice autem petente, vt patrijs legibus, ſibi viuere liceat, vtque ſeptimo quoque anno, concederet eis tributorum im-
35 munitatẽ, conceſſit omnia rogantibus, etiam vt † eos quoque iudæos, qui Babiloniam, & Mediam colerent, ſineret vti inſtitutis proprijs. His etiam poſtulatis eorum, ſatisfacturũ ſe eſſe

pollicitus. Et cum feciſſet eis poteſtatem, ſiqui vellent, ſaluis ſuis ritibus, ſequi eius militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Hæc Ioſephus antiquitatum iudaicarum *lib. 11. cap. 8. & de bello Iudic. lib. 2. cap. 21. & lib. 1. contra Apionē Ioannes Monachus in vita Alexandri, Baptiſta Fulgoſius lib. 1. cap. 5. Chriſtianus Adrichomius in Theatro Terræ ſanctæ in Hieruſalem nu. 266.* Huic paralellum iungere non grauabor, Atthi-
36 la enim † Hunnorum Rex, direptis nonnullis Italiæ prouincijs, Romam iturus, vt idem faceret, inter Padum, & Minciū, obiam illi occurrit Leo primus Pontifex Maximus, qui eloquentia, ac dulci ſermone, quo Deo inſpirante, vtebatur, feriſſimi Regis animum † molliuit, proponens illi Alarici Regis ambitum, & exemplum, qui ſtatim perierat, cum Romā vaſtare voluiſſet, quo illi dicto, non modo à propoſito diuertit, ſed ad ſuos rediens ab Italia diuertit; illum dixiſſe ferunt, quod ei Pontifex, dùm loqueretur, duo viri, armis ſtipati, ad Pontificis latera exiſtentes, minas ei incuſſerunt, ni Italiam relinqueret, illoſque fuiſſe ſanctos † Petrum, & Paulum, idcirco ſe poſita ferocia à ſuo conceptu deſtitit, vt docuit Eutropius *rerum romanarum lib. 15. cap. 1. Baptiſta Platina in Leone primo, Ioannes Candidus in Hiſtoria Aquileienſi lib. 3. Bernardus Saccus in Hiſtor. Ticinenſi lib. 7. cap. 2. Ioannes Magnus in Hiſtoria Gothorum, & Sueuorum lib. 9. cap. 7. Inannes Baptiſta Pigna in Hiſtoria Eſteuſi lib. 1.*

39 Reipublicæ Athenienſium † afferam ad fauorem Pontificis veteris legis Dei, pulchri, & notabilis decreti exemplum, ab Athenienſium Senatu prolatum in Areopago, in quo inter Senatores profanos, & Sacerdotem maximum habebat. Sub iudice, & Sacerdote Dionyſis Aſclepiadis, Panemi Menſis, Luna vigeſima, oblatum eſt Decretum Athenienſium, Agathocle Principe, pro quo Eucles Menandri, Alimuſius Scriba rettulit.

DECRETVM.

40 *Mùnichion † die vndecima. Concilio Iudicum facto in Theatro, ſuffragia collegit Dorotheus Summus Sacerdos, & Aſſeſſores ex populo,*

pulo, Dionyſij dixit Quoniam Hircanus Alexandri, Pontifex Iudæorum, & Ethnarca, perpetua tàm publicè, quàm priuatim, ciues noſtros, beneuolentia proſequitur, nullam benemerendi occaſionem prætermittens, & quotquot Athenienſium, vel propter legationes, vel propter priuata negotia, illuc deueniunt, acceptos comites, deducendos etiam curat in reditu, idque multorum conſtat teſtimonijs. Viſum eſt nunc (Theodoſio Theodori referente) & populum de huius virtute commonefaciente, quam propenſus ſit ad benemerendum de noſtris ciuibus, honorare hunc virum, virtutis ergo, corona aurea iuxta legem ponere ei effigiem auream in Templo, Demi, & Charitum, & præconis voce promulgari, eam coronam in Theatro liberalibus, dum noua tragedia agitur, & Panathæneis, & Eleuſinijs, & in Gimnicis certaminibus. Curaque eſſe noſtris Ducibus, vt dum ille in Amicitia noſtra perſeuerat, vt quicquid in honorem eius, & gratiam pro fauore, & meritis excogitauerimus, exequantur ſedulo. Quo perſpicua ſit omnibus populi noſtri erga bonos viros gratitudo, ac beneuolentia, & huiuſmodi honoribus plures ad benemerendum de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſium numero, qui ad illum, decretum hoc perforant, hortenturque, vt acceptis his honoribus certet nobiſcum beneficijs. Hoc decretum ad Viuum retulit Flauius Ioſephus antiquit. Iudaicarum lib. 14. cap. 16.

Ex hijs conſtat Palatium Pontificis maximi in ſcriptura veteri,
cuius qualitatis, & magnitudinis eſſet, cum illo reciperentur,
41 & hoſpitarentur Reges maximi, qualis † Alexander Macedo,
& alij, qui cum eo fuerunt. Tanto magis conſiderata magni-
tudine Templi, & illius Maieſtate, & decore, pro quo ædifi-
42 cando Deus ordinauit, quod non fieret per † Dauid, quia effu-
ſor ſanguinis fuerat, ſed à Salomone, vt habetur lib. 1. Parali-
pom. cap. 22. propterea Dauid reliquit ad Templi ędificatio-
43 nem Salomoni filio, ſcilicet auri talenta † centum millia, ar-
genti talenta mille millia, ligna, lapides, æs, & ferrum ſine pō-
dere, & magnitudine, habetur lib. 1. Paralip. cap 23. 24. 25.
26 27. lib. 3. Regum per totum, ſumptus, quos Salomon in
44 templo erogauit indicibiles ſunt, nam † opus laborantes viri
deputati erant, portantes humeris ſeptuaginta millia, qui cę-
debant

Digitized by Google

debant lapedes in montibus erant octoginta millia, præpoſiti
operum erant tres mille, & ſexcenti non computatis artium
magiſtris, & artificibus, qui ædificationi templi aſſiſtebant,
vt habetur lib. 1. Paralipom. cap. 29. & lib. 3. Regum per totũ.
Quando Dauid ſtatuit ſupradictam quantitatem, obtulerunt
45 tin holocauſta, Tauros mille, Oues mille, & Agnos mille lib.
aralip cap. vltimo. Et abſoluta ædificatione Salomon obtulit
boues viginti millia, vt patet in dicto lib. 3. Regum per totũ,
& lib. 1. Paralipom. cap. 23. cum pluribus ſeq. Templum ita
validum, & fortè conſtructum fuit, ita quod dum Vrbs fuit
46 à Tito capta, templum cum difficultate, poſt alios † ſexmen-
ſes fuit obtentum, de quibus ſatis ſcribit Ioſephus antiquit.
iudaicar. lib fin. quo tempore ipſe captus, & Romæ aſporta-
tus de his Euſebius Hiſtor. Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 26. lib. 4.
cap. 14. Nicephorus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 24. Ia-
cobus de Vitriaco Cardinalis de Terraſancta cap. 20. cap. 55.
Gulielmus Epiſcop. Tyri de Bello ſacro lib. 1. cap. 7. lib. 6. cap.
10. Hermannus Schedel in chronico magno, Chriſtianus
Adricomius in Theatro Terræſanctæ, in Hieruſalẽ vbi plenè
Ciuitas Hieroſolyma facta erat Ieſu Chriſti tempore, eius vita,
prædicatione, miraculis, morte, & effuſione ſanguinis illu-
47 ſtrior † tamen ipſe ſuo ore ſanctiſſimo apud Diuũ Lucã cap.
23. dixit (ſciens, quæ ventura erant) Filiæ Hieruſalem, nolite
flere ſuper me, ſed ſuper vos, & filios veſtros. Dixerat enim
Ezechiel cap. 5. ex Dei reuelatione, iſta eſt Ciuitas Hieruſalẽ,
48 in medio † gentium poſui eam, & in circuitu eius terras. Et
lib. 2. Paralip. ca. 7. elegi locum iſtum mihi in domum ſacri-
ficij. Et apud Thobiam cap. 13. Hieruſalem Giuitas Dei, lu-
49 ce ſplendida fulgebis, & omnes fines † terræ adurabũt te. Hoc
tamen minime obſtante fuit capta, & delata, à Tito, vt dixi-
50 mus, & poſtmodum ab † Adriano, & ſale ſuperſaminata; ac
demum reparata, & Ælia Capitolina à ſuo nomine appella-
ta, ſucceſſu temporis habere cæpit Epiſcopos, etiam duranti-
bus illorum Pontificibus, ac primus apud illos Hieroſolymi-
51 tanus Epiſcopus fuit Iacobus Minor dictus † frater Domini,

re,

Digitized by Google

re,& nomine iuſtus appellatus,qui triginta annis illam Hieroſolymitanam rexit Eccleſiam, poſtmodum vt in paſcha populus à cultu Ieſu Chriſti auerteretur, Anani Pontificis iuſſu à pinna Templi præcipitatus, lapidibus obrutus, ipſis eſſe parcendum orans, fullonis fuſte, comminuto capite emi-
52 ſit ſpiritum, cui ſucceſſit † Simon Cleophæ filius, & alij hoc modo. Iuſtus, Zaccheus, Thobias, Beniamim, Ioannes, Matthias, Philippus, Seneca, Iuſtus, Leui, Ephren, Ioſeph, Iudas. Hi omnes Hebręi fuere, & Chriſti ſcientiam fideliter receperũt,
53 vſque ad annum Domini 157. † Quibus ſucceſſerunt alij ex Gentilibus noſtris, quos alibi enumerabo. Capta demum ab Homare Sarracenorum Principe, in Ægypto regnante, & ab illo, & ſucceſſoribus poſſeſſa per annos 463. A Principibus noſtris capta in † anno 1099 penes quos ſtetit annis octoginta quatuor, & illorum diſſenſionibus, malo Chriſtianorum fato, illam cæpit Saladinus Ægypti Sulthanus, Prin-
55 ceps † à quo, & ſucceſſoribus fuit poſſeſſa per annos 330. donec à Selymo Turcarum Imperatore capta fuit anno D. N.
56 Ieſu Chriſti 1517 † à quo etiam num poſſidetur. Hæc à Gulielmo Tyri Epiſcopo in Commentarijs de Bello Sacro, ac alijs poſt illum ſcriptoribus dicta ſufficiant, alibi plenius dicturus, ſi Deo placuerit.

A R G V M E N T V M.

Cap. VII.

TEmpli Hieroſolymitani ędificatio, vt commodè Summus Pontifex Dei adorationẽ, cum ſuis Sacerdotibus facere poſſet benedictiones, deprecationes, laudes, & orationes, ſacrificia, hoſtias, & holocauſta offerre, & hijs, alijſq. Deum adorari, & venerari, Ie-

ſus Chriſtus veniens,nouæ legis,ac Pontificatus ſeriem adeptus, illum exercuit,ac Petro promiſſum, antequam in cælum aſcenderet,contulit.Petrus commiſſum ſibi onus Antiochiæ ſedem eligens,ſeptemq́ annis ibi aſſiſtens omnibus diſcipulis, & Apoſtolis, Chriſtiani nomen,à Chriſti nomine, eſt impoſitum, aliaque ad Pontificatum ſpectantia adminiſtrauit. Anno D. N.45. Antiochię relinquens Euodium, Romam petijt, vbi Simonem magum repperit, cum quo nonnulla contendit, quæ apud Hiſtoricos ſunt vulgata, quo in loco cum viginti quinque annis perſeueraſſet,martyrio vitam finiuit. Poſt multa tempora,aliqui mendaces,dicere non erubuerunt,Petrum non modo Pontificatum nõ adminiſtraſſe,ſed ne Romę de perſona fuiſſe,quod re,& ſcripto oſtenditur eſſe mendacium.Antiochia illa eſt, quæ in Syria eſt, á quo fuit fundata? duplici muro ornata, quadringentis ſexaginta turribus munita, Oronte Nauigabili flumine illam ſecante,ſub ſe habebat centũ quinquaginta tres Ciuitates,duodecim Archiepiſcopales reliquæ Epiſcopales, illius Ciuitatis Rex Catholicus eſt Princeps, ex ſucceſſione Boemundi, qui in bello ſacro, profligatis centũ millia hoſtibus,victo Regis Caſſiani filio illam quæſiuit,& de ea coronatus,nunc Pontificatus Chriſti, Petri, & ſucceſſorũ eſt ad an-

annum 1627. quo tempore Pontificiam ſedem tenet Vrbanus Octaus Florentinus de Illuſtriſſima Familia Barberina, ad quam deſtinatus ſupremus Legatus peruẽniet, gratia Dei comitante, quam venerabitur, duraturam, donec veniet idem inſtitutor illius Chriſtus. Reliqua in sũmarijs conſpiciuntur.

SVMMARIVM.

1 *In Ciuitate Hieroſolyma fuit facta Templi ædificatio, in quo poſſent commodè offerri holocauſta per Summum Hebræorum Pontificem, & Sacerdotes. & ibidem laudes Deo orationes, & benedictiones, & adorationes fierent num.* 2. 3. 4.

5 *Ieſus venit in Mundum ad ſuos, & ſui eum non receperunt.*

6 *Ieremiæ lamentationes ſuper futuris bellicis malis, prouiſis, quæ non conſiderarunt Hebræi num.* 7.

8 *Ieſus Chriſtus humanam carnem ſuſcipiens, & nouam legem faciens cœpit Pontificatum maximum nouæ legis exercere num.* 9.

10 *Ieſus Pontifex, ſanctus, innocens, impollentus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior cœlis factus, nec habens neceſſe ſe pro ſuis delictis offerre cotidie hoſtias, deinde pro populi, hoc enim ſemel fecit ſe offerendo.*

11 *Ieſus confeſſus eſt ipſum habere omnẽ poteſtatem in cęlo, & in terra.*

12 *Deus de Ieſu dixit, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.*

13 *Ieſus interrogauit Apoſtolos, quẽ ipſum eſſe dicerẽt reſponſio diſcipulorum, & Petri num.* 14. 15.

15 *Promiſſio facta à Chriſto ipſi Petro per verba futuri tẽporis n* 16. 18.

16 *Duo Pontifices eodem tempore eſſe nequeunt, quia eſſet rationi contrariũ num.* 17. 18.

17 *Paſtor vnus ſpiritualis eodem tempore.*

18 *Petrus poſt Chriſti Reſurrectionem habuit cum effectu Pontificatum maximum nu.* 19.

19 *Pe-*

19 *Petrus vocatus à Chriſto cephas ideſt omnium caput.*

20 *Petrus ſedit ſeptem annis Pontifex in Ciuitate Anticchiæ.*

21 *Anticchiam Seleucus Nircanor ædificauit, ab Antiocho patre, vel filio nominans.*

22 *Antiochiæ plures, vna apud Pyſidiam, altera ad Caſpium, tertia ad ciliciam, ſiue Syriam num. 23.*

24 *Antiochia nominari debere Chriſtianos Chriſti diſcipulos, & Apoſtolos ſtatutum fuit.*

25 *Antiochiæ vrbis ſitus eſt, quia per medium à Flumine Oronte ſecatur, duplici muro circundatur, quadriugentis ſexaginta turribus munitur, naues per flumen intra Ciuitatem ingrediuntur, centum quinquaginta tribus Vrbibus erat ſuperior, duodecim Archiepiſcopales erant reliquæ Epiſcopales nu. 26.*

27 *D. Petrus anno Chriſti 45. relicto Antiochia Euodio Epiſcopo, ipſe Romam Pontificatus cauſa, petit nu. 28.*

29 *Nominantur Epiſcopi, qui fuerunt Antiochiæ ab anno 45. vſque ad annum Chriſti 331.*

30 *Epiſtola Petri ad fratres Antiochiæ exiſtentes.*

31 *Antiochia in ſcriptura ſacra Vocata eſt Reblata.*

32 *Rex Catholicus eſt Antiochiæ Princeps, qua ex cauſa? nu. 33.*

34 *Boemundus Antiochiã fugato Regis filio capit, ſumma victoria cæſis ad minus centũ mille aduerſariorum, quid de illo Principe dicant Hiſtorici breuiter narratur.*

35 *D. Petrus ſedit Romæ Pontifex vigintiquinque annos nu. 36.*

36 *Opinio illorum, qui falſo tenuerunt Petrum non fuiſſe Pontificem Romæ, quinimmo nec ipſum ibidem fuiſſe, refutatur tamquam falſa, & mendax nu. 37. 38. 39.*

40 *Vrbanus Octauus ſummus Pontifex de familia Barberinâ Florentina, & illius virtute.*

41 *Pontificialis poteſtas de iure diuino contra omnes Reges, & Regna num. 41. 42.*

42 *Ieſus confeſſus eſt, omnem poteſtatem ſibi à Deo datam in cælo, & in terra.*

43 *Vox Dei, quæ dixit Ieſum filium ſuum dilectum, in quo ſibi bene complacuit, & illum fore audiendum.*

44 Sum-

44 *Summus Pontifex eſt totius Chriſtiani Orbis ſuperior.*
45 *Papæ obediendum de neceſſitate ſalutis.*
46 *Summus Pontifex Chriſtum repreſentat.*
47 *D.Bernardi dictum notabile de Summi Pontificis qualitate nu.48.*
49 *Vulganda non ſunt, quæ Rex commiſit Legato, referri ad Summum Pontificem facta Regum in manu Dei ſunt.*
50 *Carthaginenſum iudicium dum Attilium Regulum Legatum damnarunt, an iuſtum fuerit?*
51 *Mithridatis Regis Ponti iudicium, dum condemnauit Metrodorũ Legatum, an iuſtum fecerit?*
52 *Finis haberi non poteſt, niſi illa habeãtur, quibus ad finẽ peruenitur.*
53 *Finis eſt melior, quam aliæ cauſæ, quæ ſunt propter finem.*
54 *Qui meditatur diſcordias, diligit rixas.*
55 *Prouocans iras producit diſcordias.*
Tempus belli, & tempus pacis.
56 *Ieremias lamentatur de matre, quod genuerit eum, virum rixæ, & diſcordiæ in vniuerſa terra.*
57 *Nato Chriſto Angeli deſcendentes de cælo canebant, dicentes, Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*
58 *Pacem ſemper prædicauit Chriſtus.*
59 *Quando tractatur de bello inter Principes inferendo, poteſt ſummus Pontifex ſe interponere, & inducere ad Pacem.*
60 *Carolus Quintus Auſtrius Imperator ad duellum procauit Franciſcum primum Regem Galliæ ex cauſa narrata.*
61 *Prætentiones Regum Galliæ ſuper ſtatu Mediolani infirmæ ſunt.*

Cap. Septimum.

SVpra, non ſine neceſſaria occaſione, ſcripſimus de Hieroſolymorum Vrbe, & illlius Templi ædificatione, & de illius Domino, Rectore, & Pontifice in illo creato, & Sacerdotibus, qui Sacerdotes, & in quo loco commodè adorarent, & adora-
1 retur Dominus Deus, & laudes in illum dicerent iuxta illud Dauid pſalm.6. ego autem (inquit) in multitudine miſe-

Digitized by Google

ricordiæ tuæ, introibo in domum tuam, adorabo ad templũ
ſanctum tuum in timore tuo. Et pſalm. 21. Narrabo nomen
tuum fratribus meis, in medio Eccleſię laudabo te, pſalm. 25
2 In † Eccleſiam benedicam te Domine. Quia tempore Dauid
Deus propoſuit templi ædificationem, in quo facienda erant
ſacrificia, orationes, adorationes, benedictiones, & laudes Do-
mino, ideo idem Dauid in in omnium memoriam, de his
3 faciendis in Templo, & Eccleſia, multiplicatis viribus † me-
minit, prout fecit pſalm. 34. Confitebor tibi in Eccleſia ma-
gna, in populo graui laudabo te. Quia vt dicit idem Dauid
pſalm. 64. Sanctum eſt templum tuum. Et in pſalm. 137. In
conſpectu Angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum
ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Et concinit illud
Eſaiæ cap. 56. Adducam (inquit) eos in montem ſanctum
meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ, holocauſta
4 eorum, & victimæ eorum † placebunt mihi ſuper altari meo
quia domus mea, domus orationis vocabitur cũctis populis.
Sancta Ciuitas, ſanctũ Templum illius, venit Ieſus Chriſtus
5 ad ſuos, & Sui (vt dicit Ioannes cap. 1.) eum † non receperunt.
Vnde quod de Ciuitate, Templo, & gentibus illius, quanto
tempore illius Ciuitatis infortunia prænuntiata fuerant à Ie-
remia in libris Threnorum cap. 2. omicto alios, quo in loco
lamentationes facit Prophrta, quas uon conſiderarunt auer-
6 tere, dum dicit, Repulit † Dominus altare ſuum, maledixit ſan
ctificationi ſuæ, tradidit in manus inimici muros Turrium
eius, vocem dederũt in domo Domini, ſicut in die ſollemni.
Et poſt paucula. Propheta intelligibilius dicebat. Planſerunt
7 ſuper † te manibns omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerũt,
& mouerunt caput ſuum ſuper Filiam Ieruſalem. Heccine
eſt vrbs (dicentes) perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ?
quaſi diceret prædicendo omne malum, quod ſibi immine-
bat, atque euenire debebat, quod Ieſus pluſquam alius de his,
quæ ſuperuenire debebat Hieroſolymæ dixit apertè apud
Lucam cap. 21. vbi dicit de Templi deſtructione Chriſtus
dicentibus, de Remplo, nuod erat bonis lapidibus conſtrictũ
iple

Digitized by Google

ipſe replicauit, hæc, quæ videtis venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem,qui non deſtruatur.

Quod cum à Chriſti amariſſima paſſione euentum fuerit, & aliud templum,alia Eccleſia,& alia Vrbs illorum loco ſucceſſerint,iam de illius ampliatione, propagatione, & noui regiminis erectione dicendum erit.

Quando autem venit plenitudo temporis, quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus humanam aſſumeret carnem,& nouam legẽ
8 faciens capiendo Pontificatum maximum † nouæ legis adeptus, de quo diuus Paulus Apoſtolus ad Hebræos cap. 2. dicit, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt propitiaret delicta populi,& cap. 3.inquit, Cõſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum Chriſtum, † qui fidelis eſt ei,qui fecit illum,ſicut,& Moyſis in omni domo eius,& cap. 7.inquit,talis enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus,innocens,impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cæli factus, qui non habet neceſſitatem quotidiè (quẽ-
10 admodum Sacerdotes)prius † pro ſuis delictis, hoſtias offerre,deindè propopuli,hoc enim fecit ſemel ſe offerendo,& ille
11 confeſſus eſt, Matth. cap. 28. data † eſt mihi omnis poteſtas in cælo,& in terra, dixerit namq; Deus Matth. cap. 3. & cap. 17.hic eſt filius† meus dilectus,in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Quod,& habetur Marc.cap. 9. & Lucæ cap. 9. ideoque quę fecit facere potuit,quia omnia ſibi benè licebãt.

Ante paſſionem Chriſtus omne progreſſum ſuæ legis. & Pontificatus aptitudinem conſiderando, aperire diſcipulis ſuam intentionem propoſuit. Interrogauit enim diſcipulos Matth.
13 cap. 16.quem dicunt homines eſſe filium † hominis. Et cum reſpondiſſent Apoſtoli, alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij vero Iaremiam, aut vnum ex Prophetis. Et Ieſus iterum interrogaſſet,vos autem,quem me eſſe dicitis, reſpõ-
14 dens Simon Petrus dixit,tu es Chriſtus † filius Dei viui. Tũc dixit Ieſus ei,Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis
15 nõ reuelauit tibi,ſed pater meus,qui in cęlis eſt,& ego † dico tibi,quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccle-

ſiam

ſiam meam, & portæ inferi nòn præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni Cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in Cælis.

Animaduerſione dignum eſt, ſupradictam authoritatem, eſſe p
16 verba futuri temporis, non † autem per illa fuiſſe Petro collatam Pontificiã dignitatẽ, viuente. n. Chriſto, & in terris agẽte, cum eſſet ipſe Pontifex ſi illam contuliſſet, fuiſſent duo Põtifices eodem tempore, & fuiſſet res monſtruoſa rationi contraria, & legi diuinæ, apud Ezecchielem cap. 37. Paſtor (in-
17 quit) vnus † erit omnium eorum, poſt alios Martinus Nauarrus *in c. nouit. nu. 140. de iudicijs, Andr. Tiraquell. de primogenitura q. 17. opin. 4. nu. 21. Lancellot. Couradus in Templo omnium iudicum lib. 12. cap. 1. §. 2 q. 3. in verb. an duobus electis in Pontificem nu. 10. dixi ego de compromiſſis §. 2. gloſ. 1. nu. 333. quæ à me dicta retulit, & allegat Petrus Cenedo in Collectaneo Iuris Canonici par. 1. cap. 10. Aluarus. Pelagius de planctu Eccleſiæ lib. 1. cap. 54.* Plenariam tamen à Chriſto Petrus commiſſionem poſt Reſurre-
18 ctionem † antequam in Cælum aſcenderet, Pontificatus collationem habuit, dum coram omnibus Apoſtolis interrogauit dicens, Ioannis cap. 21. quia tribus vicibus interrogauit ſi ipsũ diligebat, & duabus vicibus illi dixit, paſce agnos meos. Tertia autem vice illi dixit, paſce oues meas per quæ verba totius Mundi animas ſibi commendauit, nemine excepto. Et Lucæ cap. 22. eidẽ Petro Chriſtus dicit, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, & Ioannis cap. 1. Chriſtus intuẽs Petrum dixit, tu es Petrus, filius Ionæ, tu vocaberis Cephas, in
19 Petro Cephas interpræatur caput † per quæ omnia Petrus cõſtitutus eſt in Chriſti locum ſummum caput, & omnium Pontifex maximus, quod voluit D. Hieronymus in Matthæũ cap. 16. & in lib. aduerſus Iouinianum D. Auguſtinus contra literas Petiliani *lib. 2. cap. 51. lib. 11. contra Fauſtum cap. 7. Ioannes Chriſoſtomus de Sacerdotio lib. 2. in Ioannem homelia 87. Cyrillus Alexandrinus in Ioannem lib. 2. cap. 12. Cyprianus ad Florentium, ſiue Pupinianum lib. 4. epiſtol. 9. Ireneus aduerſus Hæreſes lib. 3.*

Digitized by Google

lib. 3. cap. 3. Leo Magnus in Anniuerſaroo Pontificatus ſui ſerm. 3. Princeps itaque Apoſtolorum, & Pontifex exiſtens D. Petrus ſe-
20 dit primis ſeptem annis in vrbe † Antiochiæ, & ab hac prima ſede, Romam fuit tranſlata, vt in c. Beati Petrus, & Paulus
21 2. q. 7. c. rogamus 2. q. 1. hanc Ciuitatem Seleucus † Nicanor condidit, & à Antiochi ſui Patris, ſiuè filij. (quia ambo eodem nomine vocabantur) dictam volunt, quo tempore Romana Reſpublica orbis Imperio potiebatur, ſcribit Strabo Hiſtor.
22 lib. 15. ſed quia ſunt † plures Antiochiæ, vna eſt apud Pyſidiã de qua Plinius lib. 5. cap. 37. alia eſt iuxta † Caſpium, de qua ſcribit idem Plinius lib. 6. cap. 13. Tertia eſt iſta, quæ eſt in Syria, iu qua ſedem Apoſtolicam fundauit Petrus, quo ibidẽ ſedente, Apoſtoli, & Diſcipuli, à nomine Domini noſtri Ieſu
24 Chriſti fuere chriſtiani vocati, † vt dicit D. Lucas Actorum cap. 11. Athanaſius contra Arrium oratione 2. Ignatius in epiſtola ad Magneſianos, Petrus Caniſius in ſumma doctrinæ Chriſtianæ ca. 1. tomo 1. Staniſlaus Oſius Cardinalis Varmiẽſis de legitimis iudicibus rerum Eccleſiaſticarum lib. 2. Ioachimus Vadianus in Epithome de tribus terræ partibus, in Syria Albertus Crantius in Metropol. lib. 2. ca. 1. n. 1. Vrbs
25 iſta à mari diſtat centum viginti ſtadijs, duplici muro † eſt circundata, quadringẽtis ſexaginta turribus munita, ab Oróte fluuio per medium ſecatur, Ponte in medio conſtituto, nauigia in Ciuitatem, aduerſo amne ingrediuntur, centum quinquaginta tres † vrbes ſub illa erant, duodecim Archiepiſcopales, reliquæ Epiſcopales, centum ſexaginta numerant alij. Prouinciale Romanum, & Gulielmus Tyri Epiſcopus de Bello Sacro lib. 14. cap. 12.
27 In Anno Domini Noſtri Ieſu Chriſti † 45. volens petere Romam D. Petrus reliquit Euodium Antiochiæ Epiſcopum
28 poſt † ipsũ fuerũt, qui ſubſequuntur videlicet, Ignatius, Eron, Cornelius, Heros, Theophilus, Maximinus, Sequens, Aſclepiades, Philetus, Zebennus, Babila, Mazabanus, Fabius, Demetrianus, Paulus Samoſetanus, qui hæreſim Artemonis, & Ebioniſtarum ſuſcitauit, Domninus, Thineus, Cyrillus Tyrãnus, qui

fuerũt, vſque ac annum † Domini 331. poſtmodum in ſequenti ſunt Vitalis, Philogonus, Paulinus, & Euſtachius, qui ad Arrij hæreſim adheſerunt de his ſcripſerunt Nicephorus lib. 6. cap. 7. Ioan. lucid. de Temperum lib. 10. cap. 2. audientes D. Petrus, & D. Iacobus Epiſcopus Hieroſolymitanus, q; inter noſtros Antiochiæ, erant aliqui ponẽtes diſcordias, mictendo, quoſdam alios, qui nominantur, mictunt etiam hanc
30 Epiſtolam † Apoſtoli, & Præsbyteri, & fratres, his, qui ſunt Antiochiæ in Cilicia, & Syria fratribus, & gentibus ſalutem. Quoniam audiuimus, quod quidam ex vobis conturbauerũt vos ſermonibus, peruertentes animas veſtras ijs, quæ non mãdauimus, viſum eſt nobis in vnum congregatis, electos viros ad vos mictere, dilectis noſtris Barnaba, & Paulo hominibus, qui animas ſuas tradiderunt pro Domino noſtro Ieſu Chriſto pro hijs, quæ ſignificaſtis, miſimus etiam cum hijs, Iudã, & Silam, qui verbis eadem verbis vobis referent. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis. Quam refert Clemens Romanus, Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 6. cap. 12. Antiochia patria fuit Diui Lucæ Euangeliſtæ, & Theophili. Et in ſcriptura
31 ſacra vocabatur † Reblata, quod non ita liberè dicam, ſi Reblata ſit iſta, quæ pluries in ſcriptura ſacra nominatur.

Quia in meis Commentarijs de Regis Catholici prǣſtantia cap. 42. nu. 13. cum pluribus ſeqq. & cap. 46. nu. 235. 236. dum ponerem prærogatiuam, quod Rex Catholicus, eſt Dominus plurium Regnorum, & ſtatuum, ſcripſi huius Regni Regem
32 † eſſe Antiochiæ Principem ex perſona Boemundi ex Northmannorum Principum Genealogia deſcendentem, à quo fuit expugnata, obtenta, ac poſſeſſa hæc Ciuitas Antiochiæ
34 † & ibi mortuo ipſo in hæreditate remanſa, & ad ſucceſſores tranſmiſſa. Hinc patet eundem Boemundum Roberti Ducis filium, profligato Caſſiani Regis filio, centum millia, ex eius filij militibus occiſis, ſollemniq; Victoria obtenta, Princeps Antiochenus coronatus in toto illo Bello Sacro, omnes Chriſtiani Principes, qui in ea expeditione repperiebantur, eius conſilio vſi fuerunt, nec perſtringi poſſe illius præclariſſima

geſta,

Digitized by Google

geſta, ſed longiorem opus eſſe, factorum narrationem, ſed ordinariam etiam Hiſtoriam fieri oportere, prout † illi principium nos dedimus, de illo magnam facit narrationem *Albertus Crantius in Naruegia lib. 4. cap. 13. dixi in Commentarijs de Regis Catholici præſtantia cap. 45. nu. 53. cap. 46. nu. 231. 236.*

Facta per Diuum Petrum mutatione ſedis ab Antiochia ad Vrbem Romam, olim Mundi Dominam, ibi ſuam Pontificiam
35 poteſtatem viginti quinque † annorum ſpacio adminiſtrauit, perſeuerauit, & ſtetit, & morti proximus Clementem ſui loco elegit, quod ego alibi ſcripſi, ſed ridiculũ penè eſt, quod aliqui dicere non erubuerunt Petrum, quidem Romæ Ponti-
36 ficatum † maximum non geſſiſſe, ſed ne quidem Romæ illum fuiſſe. Hi enim, vel cęci ſunt, & Duces cæcorum, vel quia aſſueti fuerunt dicere mendacia. Verum confingere mendacia de negotijs publicis, eſt in totum, & in omnibus menda-
37 cem haberi, & qui mendacium conficit, vel † gloriam, aut lucrum appetit, vel ipſo mendacio gaudet, vt dicit Ariſtoteles Moralium Nicomach. lib. 4. cap. 7. vel vt dicit ibi Auerroes, quia cupit ex mendacio exaltari, Verum ex hoc mendacio nullum, ſi rectè conſideretur, horum obtinet. Sed iſtud fan-
38 taſma confunditur ab omnibus † ab Euſebio in ſuis hiſtorijs à Hieronymo in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, à Baptiſta Platina in vita Petri, & plenariè ſcribit Ægyſippus de Excidio Hieroſolymorum lib. 3. cap. 2. vt dixi in Commentarijs de Magiſtratuum edictis lib. 1. cap. 1. nu. 5. 6. Verum Gregorius Cardinalis Corteſius ſcripſit, quendam diſcurſũ ad hoc opus in ſpecie compoſitum, in quo probat in ſpecie adminiſtrationem factam per Petrum Pontificatus Romæ & ibi habitationem vſque ad mortem. Hiſtoria mortis Simo-
39 nis Maghi, decollatio ipſorum Sanctorum Petri, & † Pauli, ipſorum ſanctiſſimæ reliquiæ. Pontificatus à Ieſu Chriſto durauit annis 1627. ad quem annorum numerum nullæ Monarchiæ, nullaq; peruenerunt Imperia, expectans eiuſdem Ieſu Chriſti iudicium, cum quo ſedebunt, & D. Petrus, & Apoſtoli ſuper ſedes duodecim. Iudicãtes duodecim Tribus Iſrael iuxta dictum Chriſti Matth. c. 19. Ha-

Digitized by Google

Habemus itaq; ſanctam Apoſtolicam Sedem, eiuſq; Summum
40 Pontificem Florentem nunc Vrbanum † Octauum de Familia Barberina florẽtẽ natalium genere Nobiliſſimum, virtutum omnium cumulo eminentiſſimum, morum, & vitæ integritate conſpicuum, optimorum operum executione inſignem. Accedere ſcit hic ſupremus Legatus Regius ad ipſum ſummum totius Orbis Pontificem, qui vicem Chriſti gerit in terris, (vt diximus) cui dedit poteſtatem maximam, de qua habetur Ieremiæ cap. 1. dùm dicit. *Ecce conſtitui te hodie, ſuper gentes, & ſuper Regna, vt euallas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Ieſus dicit apud Matth. ca. 28.
42 *Data eſt mihi omnis poteſtas, & in cælo, & in terra.* † Nihilominus in Transfiguratione dixerat Deus apud eundem Matth. cap. 3. & iterum cap. 17. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Et non ſolum Euangeliſta teſtatur, ſed ipſe Petrus dicit id audiuiſſe 2. Petri cap. 1. dicens. *Accipiẽs*
43 *enim à † Deo patre honorem, & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo ablatam, cum eſſemus cum ipſo in Monte Sancto.* Idcirco cum
44 Summus Pontifex ſit totius Chriſtiani Orbis † ſuperior *c. ſi Papa 40. diſtinct. c. pater proſecta 11. q. 3. clem. 1. de iureiur. clem. Paſtoralis de ſent. & re iud. habet enim primum præcedentiæ locum voluit gloſſ. in c. ante 40. diſtinct. Alexand. in conſil. 74. nu. 24. vol. 4. Abb. Panor. in conſil. 51. col. 2. vol. 2. D. Thom. de Aquino contra errores Græcorum cap. 66. cap. 67. Ioann. de Turre Crẽmata in cap. cum ad verum, vbi Præpoſit. Alexandrin. 96. diſtinct. Barthol. de Caſſan. in catalogo gloriæ Mundi part. 4. conſiderat. 7. dixi in Summa Deciſ. totius chriſtiani Orbis titul. 4. & titul. 12. nu. 3. 4. tomo 1.* Ex hijs breuiter dicendum eſt, reuerentiam, & obedientiam ab omnibus portari debere Summo Pontifici de neceſſitate
45 ſalutis † *dicit Gloſſ. in clem. ad noſtrum in verb. Eccleſiæ de Hæret. & in extrauag. vnam ſanctam Bonifacij 8.* & ſi illis, qui ſedebãt ſuper cathredam Moyſis dixit Chriſtus eſſe audiendos, vt habetur Matth. cap. 23. Quanto magis illi, qui ſedent ſuper cathredam

Digitized by Google

46 thredam Petri,& conſequenter Chriſti, quos Summus † Pō-
tifex repreſentat, ita concludit Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ part.1.c.8.c.28. cum tamen iſta Prima,& ſuperior inter omnes terrenas magnitudines Pontificalis dignitas ſit apud gentes graues nobiles, & Equites,& Principes cognita, & illi portent ipſis Pontificibus,cum hoc Regis Catholici Legato reuerentiam.Quanto plus ipſe Legatus gratiori,quā alij mul..., ū ſit è familia digniori,& ſplēdidiori natus,& à ſupremo Mundi Rege deſtinatus, tanto magis ſuorum maiorum more,& Principum mictentium magnitudine,ſummus Pōtifex,Chriſtum repreſentans,in ſuo honorabili ſtatu venera-
47 bitur. Non deſinam pro hac concluſione, (cum † referuem me alibi emiſſurum, quod dixerim de pontificia poteſtate, & grauitate)dicere illa,quæ ſummo Pontifici Eugenio dixit ſupremus Doctor Diuus Bernardus. De conſideratione ad Eu-
48 genium lib.2.† Age (inquit) indagemus diligentius,quis ſis? quam geras, videlicet pro tēpore perſonam in Eccleſia Dei? Quis es? Sacerdos Magnus, Summus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum,Tu hæres Apoſtolorum,tu primatu Abel; gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham; ordine Melchiſedech; dignitate Aaron;authoritate Moſes;iudicatu Samuel; poteſtate Petrus; vnctione Chriſtus; Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Hæc ſublimi conſideratione Bernardus.

Quæ autem in legatione facienda Legato à Rege commiſſa
49 fuerint non ſunt vulganda.Cum enim facta Regum,quæ† in manu Dei ſunt,alijs reuelanda, atque aperienda non ſint, In fide Legati poſita ſunt,vt illa perferat ad illum,ad quem miſſus eſt,vt nihil addat,aut minuat,aut illud, cui miſſus eſt cōſulat, quod non ſit contra ea, quæ mictens deſiderat, & pro quibus legatio deſtinata ſit, exemplum ego affero notum,
50 quia dum Carthaginenſes † aſperrimæ morti Attilium Regulum tradiderunt, quamquam ſeruaſſet fidem, in redeūdo, & ideo illi parcere debuiſſent.Non tamen ipſis mictentibus, pro negotio pacis,fidem illis obſeruauit, ſed conſilium cōtra illos Romanis tradidit,merito impunitum non reliquerunt,

Digitized by Google

cuius Legationis, Liuius meminit. Altero tantum exemplo
contentus ero, de quo ſcribit Plutarchus in Lucullo. Mithri-
51 dates Rex Ponti, vt Romanorum † inimicus, miſit Methro-
dorum Legatum ad Tigranem Regem, vt illi perſuaderet,
quod bellum gerendo, Romanis arma inferret. Tigranes Me
throdorũ rogauit, vt ſibi, quid in ea re faciundum eſſe conſu-
leret. Reſpondit ſe, vt Legatus, rem perſuadet, vt Conſiliarius
improbat. Quo ſcito, Mithridatus illũ ſupplicio affecit, quia
fidem pro re, ob quam miſſus fuerat, non ſeruauerat. Legatus
itaque Regis Catholici, vt illum decet, has actiones abhorret,
& ab eius familia hæc aliena ſunt, idcirco ex munere ſibi im-
poſito illud ſperamus, quod ſit ad Santiſſimæ Trinitatis, glo-
riam, ſanctæ Eccleſiæ magnitudinem, Fidei Chriſtianæ am-
plitudinem, ſummi Pontificis obedientiam, Regis Catholici
Fidei defenſoris magnanimitatem, & Legati miſſi omnium
Regnorum mictentis beneuolentiam.

Legationũ negotia, cum inter Magnos Principes currant, fines
illorum deſiderantur, quia ad finem iungere nemo poteſt, ni-
52 ſi ea habeantur, quæ ad finem ducunt † Ariſtoteles lib. 2. Phy
ſicor. cap. 3. & ideo illa eligenda ſunt, quæ ad illum ducunt.
idem Ariſtot. moralium Eudemiorum lib. 1. ca. 10. & ca. 11.
53 finis autẽ melior eſt alijs cauſis, aliç enim cauſæ ſunt † prop-
ter finem, vt dicit Auerroes lib. 3. Metaphyſ. 5. Solent plerũq;
oriri diſcordiæ, & qui illas ſeminare, non modo inter extra-
neos ſolent, ſed etiam inter fratres, vt habetur per Salomonẽ
prouerb. cap. 6. Iſti enim qui ſeminant diſcordias, ruinas, &
damna facere procurant, præſertim inter magnos Principes
ſuſcitant bella in ruinam uon modo, ipſorum, ſed Prouincia
rum, & Regnorum, nam vt dicit idem Salomon prouerb. ca.
17. qui meditatur diſcordias, diligit † rixas, & qui exaltat os
ſuum, quærit ruinam, & cap. 30. qui prouocat iras, producit
diſcordias. Et ideo inde inſurgit, quod dicit Eccleſiaſt. cap. 3.
55 Tempus belli, & † tempus pacis. Et Ieremias c. 15. prorũpens
56 dicit, væ mihi † mater mea, quare genuiſti me virum rixæ,
virum diſcordiæ in vniuerſa terra? propterea nato Chriſto,

Angeli

Angeli de Cælo deſcendentes apud Lucam cap. 2. dicebant
57 canentes † Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax homini-
bus bonæ voluntatis. Ideo pacem naſcendo produxit in mun-
do, & viuens ſemper docuit, vt in quamcumque domum in-
grederentur, primum pax dicerent, pax huic domui, vt ha-
58 betur Lucæ cap. 10. & propterea nil iterauit toties † quàm pa
cem, dum Ioan. c. 14. pacem (inquit) relinquo vobis pacē meā
do vobis. Adeo quod ſemper pacē docuit, & iuſſit, & reliquit
Si ſic egit Pontifex magnus, qui de cælo deſcēdit, & in ingreſ-
ſu ſuo in hoc mundo per ſuos Angelos pacem in mundo ad-
ducit, & de mundo exire deſiderans, ſimiliter pacem, quaſi
teſtamentum faciendo, relinquit. Quid ergo dubitandū erit,
ad ſucceſſores Pontifices hanc authoritatem exiſtere, & ad
Summum Pontificem hoc ſpectare, vt inter Mūdi Dominos
pacem introducat, & conſeruet, hoc eſt illud, quod ſupra dixi-
mus, Tu aliquando conuerſus confirma fratres. Et ſi quando
ab alio quopiam pro bello gerēdo, legatio aliqua mitteretur
idem Pontifex maximus poteſt ſuam authoritatem † inter-
ponere ad inducendum pacem à Chriſto amplexam, & in
mundo ab ipſo relictam, vndè benè dicit Ariſtoteles Mora-
lium Nicomachiorum lib. 10. cap. 7. quod bellum gerimus,
vt in pace degamus. Quo autem ad pacis materiam omnia,
quæ ad illam exigerentur ampliſſimè tractaui in tractatu de
compromiſſis §. 1. gloſſ. 1. per totum, quæ quoad ſingulare
certamen ſimiliter locum habent, quam Monomachiam
græci appellant, proūt fecit Carolus V. Auſtriacus Imperator,
60 dum † ad duellum prouocauit Franciſcum Primum Galliæ
Regem ob fidem non obſeruatam in inſtrumento iurato, cū
enim idem Rex bellum mouiſſet contra eundem Imperato-
rem ſuper ſtatu, & Dominio Mediolani, ac ibidem cum ſuo
magno Militum exercitu perſonaliter acceſſiſſet, & vt belli
fortuna tulit, victus fuerit, & eius milites cum magna ſtrage
occiſi, & idem Rex captus, in Hiſpania aſportatus ad eundem
Imperatorem, qui eum vti cōiunctum, in Palatio libero, mo-
re, ac vſu Regio, ſemper tractari fecit, & cum poſt aliquos

dies

Digitized by Google

dies, quadam infirmitate grauaretur, Imperator ad eum viſitandum perſonaliter acceſſit illiq; perſuaſit, vt bono animo eſſet, quia cum primum conualeret promictebat in libxrtatē dimictere in Gallia, qua promisſione, vires, & animum ſumpſit, & ſanus euaſit. Qua cauſa idem Rex inſtrumento conuētionem cum Imperatore fecit, & promiſit ſollemni iureiurādo, ac ſub verbo, & fide Regijs dictū inſtrumentū, ac omnia, & ſingula in illo ꝓmiſſa in primo Galliç oppido, in quo peruéniſſet ratificare, & in caſu quo deficeret, ſtatim in Hiſpaniam redire ad locū vnde diſceſſerat Quę omnia cū non obſeruaſſet, idcirco ad ſingulare certamen, ſiue duellum prouoçatus fuit. Nec Regem releuare poterat, quod prætendebat quædā

61 prætenſa iura ſuper illo ſtatu. Quia eadem iura ſatis infirma ſunt, & nullum præiuditium afferunt Regi Catholico poſſeſſori, proùt hanc cōcluſionem firmaui latè in Commentarijs de Regis Catholici præſtantia c. 46. nu. 261 vſque ad nu. 280. vbi apparet iſta diſcuſſio ſuluta, & aliæ prætenſiones ſimiliter nullæ.

Quando autem legatio concerneret, vt gaudij, lætitiæ, & officij cauſa fieret, ob aſſumptionem Domini VRBANI ad ſummū Pontificatus apicem, vt fieri ſolet, tunc toto Chriſtiano Orbi erit gratisſimum, vti factum inter ſupremos Mundi Principes geſtum, tamquam argumensum mutui amoris dulcisſimum, perpetuęque memoriæ comendandum.

Hæc habui, quæ de legatione dicerem, & literis mandarem, ac paucorum dierum curſu ſcriberem, quæ niſi perſonarum magnitudine, ſcilicet mictentis, misſi, & ad quem mictitur, non tuerentur. Accedit inſuper cumulus Principum, & grauium Virorum in ſcripto exiſtentium, quia niſi hic reſpectus adeſſet, pauci illa perlegerent.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
IN HOC COMMENTARIO.

In quo primus numerus denotat caput, ſecundus vero numerum.

A

ACcademiæ, & Studia Neapolis Græca, & Latina. cap.5. num. 63.

Accademijs, & Studijs Neapolitanis vacarunt Pythagoras, Aeſchines Orator Græcus, Seneca, Virgilius, alijq; complures. cap.5.nu 64.65.66.

Acclamatio Concilij Tertij Toletani illo finito, ad laudem DEI. cap.3. num.58.

Acclamatio eiuſdem Concilij Tertij Toletani, ad finem Concilij, in quo fuit datus titulus Religioſiſſimi, Glorioſiſſimi, Pijſſimi, & verè Catholici Reccharedo Hiſpaniarum Regi. cap.3.nu.59.

Actus ameniores facti fuiſſent legato ab Vrbe Neapolis, ſi tempora largita fuiſſent, & illius mora longior ſequuta eſſet. cap.5.nu.59.

Aetates diuerſas quoad Magiſtratus deputatas tenebant Romani. cap.4. nu. 10.11.12.13. 14.

Aedificatio Templi Hieroſolymitani, in quo commodè offerri poſſent holocauſta, hoſtia, orationes, benedictiones, adorationes, & laudes per Pontificem, & Saecrdotes, & adorari DEVS. cap.7.nu.2.2.3.4.

Ageſilaus Lacedemoniorum Princeps, claudus, non rectus corpore, turpi facie, ſed ſumma animi virtus, atque magnifica, omnes corporis defectus ſuperauit. cap.4.num.32.

Don Alphonſus Manriquez Archiepiſcopus Burgenſis interuenit in Sacramen-

a *to*

Digitized by Google

to Baptiſmatis Philippi Quarti Regis Catholici. cap.2.nu.27.
Alexander Seuerus Imperator optimus, tentauit ſecundum hominum qualitatem facere legem veſtiariam. cap.4.nu.511
Alexander Macedo Magnus, expugnata Gaza, deſignauit expugnare Hieroſolymam, Templum, & ſupplitium dare Pontifici, quia illius non paruerat Imperio. cap.6.nu.28.
Alexandro, obuiam iuit Iaddus ſummus Pontifex in habitu ſollemni cum omnibus ſuis Sacerdotibus, & Populo, in pompa mirabili. cap.6.nu.33.
Alexander Macodo adorauit Iaddum ſummum Pontificem. cap.6.nu.30.
Alexander Macedo ductus Hieroſolymis per Pontificem. cap.6.nu.33.
Alexander Macedo ex praeſcripto Pontificis immolauit DEO. cap.6.nu.33.
Alexander Macedo obtulit Pontifici, & Iudaeis ſi quid vellent, quia ipſe concederet. cap.6.nu.34.
Alexandri Regis honores facti Ionathae. cap.2.nu.48.49.
Alexandri Regis Antiochi filij. legati ad Ptolomeum Aegypti Regem. cap.2. num.50.51.
Alexandri praedicti nuptiae cum Cleopatra. cap.2.nu.52.53.
Alexander Sextus ſummus Pontifex confirmauit Regibus Hiſpaniarum noui Orbis acquiſitionem. cap.3.nu.96.
Alexander Macedo conceſſit priuilegia Iudaeis, vt viuant eorum legibus, etiam illi, qui erant in Media. cap.6.nu.31.
Amicum ſuum ore decipit ſimmulator. cap.4.nu 52.
Donna Anna Auſtriaca Infanta Sereniſſima leuauit de Fonte Baptiſmatis Philippum Quartum Regem Catholicum. cap. 2.nu.26.
Anna ſoror Moſis, & Aaron, dixit, quòd Dominus iudicabit fines Terrae, & dabit Imperium Regi ſuo. cap.3.nu.10.
Angeli deſcendentes de Caelo IESV CHRISTO nato cantabant Gloria in Altiſſimis DEO, & in Terra pax hominibus bona voluntatis. cap.2.nu.53.
Antiochiam Seleucus Nicanor aedificauit ab Antiochi Patris nomine dictam. cap.7.num.21.
Antiochiae plures ſunt, vna apud Pyſidiam, altera apud Caſpium. Tertia apud Syriam, & Ciliciam. cap.7.nu.12.23.
Antiochia in ſcriptura ſacra, appellatur Reblata. cap.7.nu.31.
Antiochiae Princeps, eſt Rex Catholicus, qua ex cauſa? cap.7.nu.32.33.
Antiochiae nominari debere Apoſtolos, & Diſcipulos Chriſti, Chriſtianos à Chriſti nomine ſtatutum fuit. cap.7.nu.24.
Antiochiae Vrbis ſitus eſt, quòd per medium à Flumine Oronte ſecatur, duplici muro circundata, quadringentis quinquaginta turribus munita, Naues per flumen intra ciuitatem ingrediuntur, centum quinquaginta tribus Vrbibus erat Superior, duodecim Archiepiſcopales, reliquae Epiſcopales erant. cap.7.num.25.26.
Antiochi Regis Epiſtola ad Senatum, & Populum Iudaeorum. cap.2. nu.54.

INDEX.

Don Antonius Aluarez Toletus, & Beamontio Dux Alua, pluribus Titulis donatus Aurei velleris Eques, Prorex Regni Neapolitani, Princeps omniũ virtutum ornamento digniſſimus. cap.4.nu.4.

Don Antonius Aluarez Toletus Dux Alua. cap.2.nu.24.

Don Antonius Henriquez Toletus Comes Albaliſta. cap.2.nu.24.

Don Antonius Carceres Epiſcopus Aſtoricenſis, cap.2.nu.27.

Animalia grandia creata. cap.1.nu.5.

Appius Claudius, vnus ex decem viris, occiſus ob peſſimos actus. cap.3.nu.19.20.21.

Apollonius Thianeus ſapiens ferè totum Orbem peragrauit. cap.6.nu.1.2.

Apoſtolis Sanctis facta commiſſio fuit à IESV CHRISTO Domino, vt irent in vniuerſum mundum, & prædicarent Euangelium omni creaturæ, & ad baptizandum illos, cap.3.nu.86.87.89.

Aquæ, quæ producerent reptile viuentis animæ, maria, & illius aquæ, & aquarum congregationes creatæ. cap.1.nu.4.

Archangelus Gabriel miſſus à DEO legatus ad Beatiſſimam Virginem MARIAM, qui interpretatur fortitudo, & potentia cap.4. nu.27.

Arbitrium liberum facultatis, eſt rationis, & voluntatis. cap.1.nu.37.

Arbitrium noſtrum quo in loco collocatum? cap.1.nu.38.

Arbitrij humani libertas cum prouidentia collocatur. cap.1.nu.39.

Arbitrium, & voluntas non dicuntur, niſi in homine, quia in beſtijs eſt appetitus, qui ſequitur ſolam ſenſus cognitionem, & quæ ſequuntur. cap.1. num 40.

Arbitrij ſimbolo, quo pacto agitamus. cap.1.nu.44.45.46.47.48.

Arbitrio libero noſtro cuique noſtrum, quæ conſiſtunt, declarauit Moſes. cap.1.nu.49.

Arcana noſtri cordis DEVS agnoſcit. cap.1.nu.54.

Ariſtocratia eſt dominatio optimatum. cap.3.nu.14.

Athenienſis Reſpublica, quid fecerit ad fauorem Pontificis Hieroſolimitani? cap.6. num.39.

Athenienſis Senatus Decretum notabile ad fauorem Pontificis Hieroſolymitani. cap.6 num. 40.

Athenienſis Reſpublica optimè recta à Pericle, Alcibiade, Traſybulo, Themiſtocle, & alijs. cap.3.nu.23.24.

Athenienſis Reſpublica malè recta à triginta Rectoribus electis à Lyſandro. cap.3. num.23.

Atthila Rex Hunnorum cum iret verſus Romam animo diripiendi illam, obuiam illi egreſſus eſt Leo Primus Pontifex inter Padum, & Mincium. cap.6. num.36.

Diuus Auguſtinus, inquit, quòd non eſt prædicatum Euangelium in toto Orbe, ſed hoc facto, veniet conſumatio Mundi. cap.3.nu.108.109.

Authoris ſumma Deciſionũ totius Chriſtiani Orbis tomus tertius. cap.5.nu.5.

Au-

Digitized by Google

INDEX.

Auſtriaca Familia ſublimis eſt, quæ habuit plures, Comites, Marchiones, Duces, Principes, Reges, ac Imperatores. cap. 3. nu. 187.

